vécut à peine, dit-on, deux cents personnes, qui ramassèrent dans les cendres et les ruines de la ville incendiée, huit boisseaux d'argent, qu'ils livrèrent aux Hongrois pour racheter leur vie et les murailles de leur cité déserte. Après cet exploit, les Hongrois traversent les sommets escarpés des Alpes, pour venir dans la Gaule; Rodolphe, roi de la Cisalpine, et Hugues de Vienne, les enferment dans les défilés de ces montagnes; mais ils s'échappent par des sentiers détournés et envahissent la Gothie (1). Ces deux princes les poursuivent, et tuent ceux qu'ils peuvent atteindre.

Dans le même temps, Bérenger, roi d'Italie, est tué par les siens.

Les Normands font la paix avec les Français, leurs serments sont reçus par les comtes Hugues et Héribert, et l'archevêque Seulphe; mais de son consentement leurs possessions sont augmentées : Le Mans et Bayeux leur sont cédés par traité.

(1) Ou Septimanie.

Rodulfus rex Franciæ placitum habuit apud Atiniacum. Tunc inde profectionem parans in regnum Lotharii, gravissimo languore corripitur, cujus vi recidiva, dum jam convalescere putabatur, opprimitur: et pene desperatus a pluribus, Remis ad sanctum Remigium se deferri fecit. Ubi nonnulla dona largitus, cæterum, præter uxoris partem, quicquid sibi thesaurorum supererat, per monasteria Franciæ Burgundiæque direxit, et quatuor hebdomadibus apud sanctum Remigium demoratus, tandem redintegrata sanitate, Suessionicam petiit urbem, indeque regreditur in Burgundiam.

Heinricus æque, in ipsis Sarmatarum finibus, valitudine corporis tota detinetur æstate.

Interim contentio inter Gislebertum et Ragenarium fratrem ejus, nec minor inter Bosonem et Ottonem cædibus, incendiis ac deprædationibus utrobique patratur.

On annonce que les Hongrois qui dévastaient la Gothie, ont été frappés d'une maladie contagieuse, et que presque tous, à l'exception d'un très-petit nombre, ont été enlevés par une enflure de tête et par la dyssenterie.

Le roi Raoul tint un plaid à Attigny. Comme il préparait une expédition contre la Lorraine, il fut atteint d'une maladie fort grave; il se croyait convalescent, quand une rechute aggrava le mal; dans un état désespéré, il se fit conduire à Saint-Remi de Reims. Il y fit plusieurs donations, et distribua aux monastères de France et de Bourgogne ce qui lui restait de ses trésors, après avoir fait la part de sa femme. Il demeura quatre semaines à l'abbaye de Saint-Remi; puis il partit pour Soissons, entièrement rétabli, et de là il retourna en Bourgogne.

Henri fut également retenu tout l'été par une maladie sur la frontière des Sarmates.

De graves querelles s'élèvent entre Gislebert et son frère Regnier; de non moins graves entre Boson et Othon; les unes et les autres sont signalées par des meurtres, des incendies, des déprédations.

Isaac quoque comes quoddam castellum Stephani Camaracensis episcopi dolosa infestatione comprehendens incendit.

Præsidii etiam Heriberti turris super Maternam fluvium, ubi Karolus custodiebatur, subitaneo conflagravit incendio.

Ragenoldus cum suis Nortmannis quia nondum possessionem intra Gallias acceperat, terram Hugonis inter Ligerim et Sequanam depopulatur. Synodus episcoporum Remensis dioceseos apud Trosleium octobri mense habita, Seulfo archiepiscopo præsidente, in qua Isaac comes ad emendationem et satisfactionem venit pro his quæ prave adversus ecclesiam Camaracensem perpetraverat, et vadatus argenti libris centum, pacatur cum Stephano præfatæ urbis episcopo, præsente Heriberto et pluribus Franciæ comitibus.

Rodulfus rex castellum Montis Sancti Johannis, id Ra-

Le comte Isaac surprend par ruse un château d'Etienne, évêque de Cambrai, le prend et le brûle.

La forteresse d'Héribert, située sur la Marne, où Charles était détenu, est subitement incendiée.

Rainold, qui n'a pas encore de possessions dans la Gaule, ravage avec ses Normands les terres de Hugues entre la Loire et la Seine.

Au mois d'Octobre, il se tient à Trosly un concile des évêques de la province de Reims, sous la présidence de l'archevêque Seulphe : Isaac y vient donner satisfaction pour les torts qu'il avait eus envers l'église de Cambrai ; au moyen d'un cautionnement de cent livres d'argent, il se réconcilie avec l'évêque de cette ville, en présence d'Héribert et de plusieurs comtes de France.

Le roi Raoul prend possession du château de Mont-Saint-Jean que Regnard est forcé d'abandonner ; puis il revient en France.

genardo, invito licet, deserente, recepit, sicque Franciam repetiit.

Willelmus et Hugo filius Rotberti cum Ragenoldo de sua terra paciscuntur, et Ragenoldus cum suis Nortmannis in Burgundiam proficiscitur.

Illuminationes candelarum hoc anno multæ per diversa Franciæ loca, orto repente lumine, factæ, et visiones sanctorum cuidam presbytero nomine Ebrulfo in villari Mosomo proximo commanenti ostensæ. Remis in ecclesiæ Sanctæ Mariæ solemnitate omnium sanctorum quidam diu contractus, cujus coxæ cruribus inhæserant junctæ poplitum nervis ita retractis, virtute divina solutus et ereptus est.

ANNO DCCCCXXV redintegrante, Ragenoldus cum suis Nortmannis Burgundiam depopulabatur. Cum quo Warnerius et Manasses comites, Ansegisus et Gozcelinus præsules congressi apud Montem Calaun Nortmannorum plus-

Guillaume et Hugues, fils de Robert, traitent avec Rainold pour sauver leurs terres, et celui-ci passe en Bourgogne avec ses Normands.

Cette année, en différents lieux de la France, un grand nombre de cierges s'allumèrent d'eux-mêmes — Des saints apparurent en vision à un prêtre nommé Ebrulfe, qui demeurait à Villers-devant-Mouzon. — A Reims, dans l'église de Notre-Dame, le jour de la Toussaint, un malheureux perclus, dont les cuisses et les jambes se touchaient par la contraction des nerfs des jarrets, fut miraculeusement guéri, et se leva.

(AN 925.) Au commencement de l'année, Rainold, avec ses Normands, ravageait la Bourgogne ; les comtes Warnier et Manassès (1), les évêques Ansegise et Goslin (2) l'attaquèrent auprès de Chaumont (3), tuèrent plus de 800 Normands. Warnier, ayant

(1) Warnier, comte de Sens, et Manassès, comte d'Autun.

(2) Goslin, évêque de Langres.

(3) Et non pas au *Mont-de-Chelles*, comme traduit M. Guizot.

quam DCCC sternunt. Warnerius comes ibi equo cui sedebat occiso, captus et interemptus est, et Ansegisus Trecassinæ urbis episcopus vulneratus. Quo Rodulfus rex comperto, in Burgundiam cum quibusdam ex Francia militibus scilicet Remensis ecclesiæ et Abbone Suessionensi episcopo, paucis etiam aliis secum comitantibus, proficiscitur, Heriberto quoque comite se prosequente; collectaque ex Burgundia militum manu non pauca, venit usque ad castra Nortmannorum super Sequanam ; ibique ab iis qui ex Francia perrexerant, pedestri pugna certatum ad castra. Videntes vero quod illi qui erant cum rege, pars scilicet exercitus maxima, neque castra invadere, neque equis desilire temptarent, compulsis in castra Nortmannis qui fugerant, ad pugnandum egressi, quibusdam quoque prostratis, a castrorum pervasione discedunt, castraque duobus vel tribus millibus a Nortmannorum castris metantur in girum, Hugone Rotberti filio e contra super Sequanam hac ex parte castra metato : ubi, propinquiorem castro-

eu son cheval tué sous lui, fut pris et tué; Ansegise, évêque de Troyes, fut blessé. — Aussitôt que Raoul eût connaissance de ces évènements, il partit pour la Bourgogne avec quelques troupes de France, c'est-à-dire les milices de l'église de Reims, Abbon, évêque de Soissons, et quelques autres : le comte Héribert l'accompagnait aussi. Ayant fait une levée considérable en Bourgogne, le roi se dirigea vers le camp des Normands sur la Seine. Il se livra près du camp un combat à pied, auquel ceux de France seuls prirent part : mais voyant que ceux qui étaient avec le roi, c'est-à-dire, la plus grande partie de l'armée, ne tentaient pas de forcer les retranchements, ni même de mettre pied à terre, les Français repoussèrent dans le camp les Normands qui en étaient sortis pour combattre, en tuèrent quelques uns, et renoncèrent à l'attaque; puis ils établirent leur camp en cercle à deux ou trois milles de celui des Normands. Hugues, fils de Robert, campait vis-à-vis, en deçà de la Seine. Comme les Français tardaient à attaquer sérieusement le camp, et qu'ils différaient de jour en jour, pour

rum obsidionem procrastinantibus Francis, et de die in diem differentibus, naves a Parisio venturas expectando, eruptione clam facta, quorumdam nostrorum, veluti fertur, assensu, Nortmanni sua castra linquentes et saltum quendam, iter suum tutandi gratia, petentes, evadunt. Nostrorum vero quique regrediuntur ad sua.

Jejuniis itaque cœptis quadragesimalibus, Heribertus cum Gisleberto, indeque cum Hugone locutus, regem accersivit ex Burgundia, qui festinanter adveniens, Camaracum Lothariensibus atque Gisleberto proficiscitur obviam : quique hoc placitum omittentes, super Mosam ad eum veniunt, suique Gislebertus et Otto efficiuntur.

Nortmanni de Rodomo fœdus quod olim pepigerant irrumpentes, pagum Belvacensem atque Ambianensem depopulantur. Ambianis civitas male proviso confugientium igne succensa est. Sic et Atrabatis subito exorto conflagravit incendio. Nortmanni usque ad Noviomagum prædatum veniunt, et suburbana succendunt. Castellani cum subur-

attendre des bateaux qui devaient arriver de Paris, les Normands se retirant en secret, favorisés, dit-on, par plusieurs des nôtres, abandonnèrent leur camp, gagnèrent un bois qui devait protéger leur retraite, et s'échappèrent; les nôtres rentrèrent dans leurs foyers.

Au commencement du carême, Héribert, s'étant entendu avec Gislebert, puis avec Hugues, invita le roi à quitter la Bourgogne; ce prince se hâta de revenir, et de se rendre à Cambrai, au-devant de Gislebert et des Lorrains. Ceux-ci laissèrent le plaid, qui se tenait alors, vinrent trouver le roi sur les bords de la Meuse, et Gislebert et Othon se soumirent à lui.

Les Normands, violant le traité qu'ils avaient fait, ravagèrent les pays de Beauvais et d'Amiens. Amiens fut incendié par l'imprudence des fuyards; Arras fut également consumé par un incendie subit. Les Normands poussèrent leurs dégats jusqu'à Noyon, dont ils brûlèrent les faubourgs. Les habitants de la ville sortirent avec ceux des faubourgs, repoussèrent les en-

banis egredientes, Nortmannos repellunt, sternunt quos poterant, partem suburbii liberant. Baiocenses interim terram Nortmannorum ultra Sequanam deprædantur. Quo comperto, Parisiaci et ipsi quoque cum quibusdam fidelibus Hugonis filii Rotberti, et quorundam castellorum oppidanis, partem quamdam pagi Rothomagensis, qui possidebatur a Nortmannis, cis Sequanam, depopulati sunt, villis succensis, pecoribus abductis, nonnullis etiam Nortmannorum interfectis. Heribertus comes interea cum paucis Francorum, quia parum adhuc herbæ inveniebatur equis, transitum Nortmannis prohibendi gratia, super Isaram residebat. Nortmanni terræ suæ cognita vastatione in sua festinanter rediere.

Heinricus denique Renum transiens oppidum quoddam nomine Tulpiacum quod Gisleberti fideles tutabantur, vi cepit : nec diu demoratus infra regnum Lotharii ad sua

nemis, en tuèrent autant qu'ils purent, et délivrèrent ce qui restait des faubourgs. Pendant ce temps, les habitants de Bayeux (1) dévastaient le pays des Normands de l'autre côté de la Seine. A cette nouvelle, les Parisiens eux-mêmes, avec quelques fidèles de Hugues, fils de Robert, et les habitants de plusieurs châteaux, ravagèrent la partie du Rouennais située sur la rive gauche de la Seine, qui appartenait aux Normands; ils brûlèrent les villages, emmenèrent les troupeaux, et tuèrent même un grand nombre d'ennemis. Le comte Héribert, avec une poignée de Français seulement, car le fourrage était rare encore, se tenait sur l'Oise pour fermer le passage aux Normands. Ceux-ci, apprenant la dévastation de leur pays se hâtèrent d'y rentrer.

Henri, ayant passé le Rhin, s'empara d'un fort nommé Tolbiac (2), que les fidèles de Gislebert défendaient; il ne demeura pas longtemps en Lorraine, et se retira dans ses terres au-delà du Rhin, avec les ôtages qu'il reçut de Gislebert.

(1) L'abbé des Thuileries pense qu'il faut lire *Belvacenses*.

(2) Zulpich.

trans Renum regreditur obsidibus a Gisleberto acceptis.

Hilgaudus comes et cæteri maritimi Franci loca sibi vicina nuper a Nortmannis possessa pervadentes devastant. Rodulfus interea de Burgundia revertitur in Franciam, et, ut se ad bellum contra Nortmannos præpararent, Francis banno denunciat. Heribertus igitur expeditione cœpta contra Nortmannos cum militibus Remensis ecclesiæ, Arnulfus quoque comes et cæteri maritimi Franci præsidium quoddam Nortmannorum adgrediuntur, quo etiam Rollo princeps eorum mille Nortmannos præter ipsius inhabitatores oppidi ex Rodomo transmiserat. Idem vero castrum secus mare situm vocabatur Auga. Quod circumdantes Franci, vallum quo pro antemurali cingebatur, irrumpunt, murumque infringentes conscendunt, et oppido pugnando potiti, mares cunctos interimunt, munitionem succendunt. Nonnulli tamen evadentes finitimam quamdam occupant

Le comte Helgaud (1), avec les Français des côtes, attaqua et ravagea les pays de son voisinage qui avaient été récemment cédés aux Normands. — Cependant Raoul revint de Bourgogne en France, et fit publier l'ordre de se préparer à la guerre contre les Normands. Héribert, qui commença l'expédition avec les milices de l'église de Reims, se joignit au comte Arnoul (2) et aux Français des bords de la mer, pour assiéger une place des Normands, dans laquelle, sans compter les habitants du lieu, se trouvaient mille hommes de Rouen envoyés par Rollon, leur chef. Cette place, située près de la mer, s'appelait Eu. Les Français l'entourèrent, envahirent le retranchement qui la ceignait comme un boulevard, brisèrent la muraille et l'escaladèrent; maîtres de la ville, ils tuèrent tous les hommes et brûlèrent le fort. Quelques-uns des assiégés, qui avaient pu s'échapper, s'étaient réfugiés dans une île voisine; les Français attaquèrent cette île, mais ils mirent plus

(1) Helgaud, comte de Ponthieu.

(2) Arnoul-le-Vieil, comte de Flandre.

insulam : quam adgredientes Franci, majore licet mora quam oppidum ceperant, capiunt. Quod videntes Nortmanni qui armis vitam pro posse tutabantur, postquam spem vitæ amisissent, quidam, se fluctibus immergunt, quidam, ut enatarunt, jugulati sunt; et alii quidem Francorum necabantur gladiis, alii propriis se oppetebant telis. Sicque omnibus prostratis, et præda non modica direpta, Franci revertuntur ad sua. Rodulfus autem rex cum Hugone et Burgundionibus in pago Belvacensi sedebat.

Per idem tempus Seulfus Remorum archiepiscopus obiit, expletis in episcopatu annis tribus et diebus quinque. Heribertus comes Remis venit, et vassallos ipsius ecclesiæ, sed et clericos de electione rectoris ad suum consilium intendere fecit.

Hugo filius Rotberti pactum securitatis accipit a Nortmannis, terra filiorum Balduini, Rodulfi quoque de Gaugeio atque Hilgaldi extra securitatem relicta.

de temps pour la prendre, qu'il ne leur en avait fallu pour la ville. Les Normands défendaient chèrement leur vie; mais voyant qu'il n'y avait plus d'espoir de la sauver, plusieurs se noyèrent dans les flots; quelques-uns, au sortir de l'eau, furent égorgés; beaucoup tombèrent sous les coups des Français, les autres se percèrent de leurs propres armes. Après ce massacre général, les Français, chargés d'un riche butin, rentrèrent dans leurs foyers. — Le roi Raoul était resté avec Hugues et les Bourguignons dans le pays de Beauvais.

Dans le même temps, Seulphe, archevêque de Reims, mourut après un pontificat de trois ans et cinq jours. Le comte Héribert vint à Reims, et amena les vassaux de l'église et les clercs eux-mêmes à voter selon ses désirs pour le choix d'un évêque.

Hugues, fils de Robert, obtint des Normands un pacte de sécurité (1), dans lequel ne furent pas comprises les terres du fils de Baudouin, de Rodolphe de Gouy et d'Helgaud.

(1) Traité d'après lequel ses terres devaient être respectées.

Episcopatus Remensis Heriberto comiti commissus est sub obtentu filii sui Hugonis admodum parvuli, necdum, ceu ferebatur, quinquennis. Abbo episcopus Romam petit cum legatis Heriberti comitis.

Heinrico cuncti se Lotharienses committunt, et ipse Bernuino Dadonis episcopi nepoti, episcopium Virdunense concedit. Qui et expulso Hugone presbytero cui Rodulfus illud dederat, ibidem ordinatur episcopus.

ANNUS DCCCCXXVI incipiebat, et Rodulfus rex cum Heriberto comite et quibusdam maritimis Francis Nortmannos in pago Atrabatensi quodam saltu coarctatos obsidebat, cum repente post aliquot dies noctu eruptione cœpta, Nortmanni castra regis aggrediuntur : ibique regi, ne a Nortmannis comprehenderetur, succursum ab Heriberto, succensisque casis quibusdam, pugnatum ad castra. Nortmanni tandem a castrorum pervasione repulsi recedunt. Rex ibi vulneratus et Hilgaudus comes interemptus est.

L'archevêché de Reims fut confié au comte Héribert, sous le nom de son fils encore enfant : on dit qu'il n'avait pas encore cinq ans. L'évêque (1) Abbon partit pour Rome avec les envoyés d'Héribert.

Toute la Lorraine se soumet à Henri ; ce prince confère l'évêché de Verdun à Bernuin, neveu de l'évêque Dadon ; celui-ci chasse le prêtre Hugues, à qui Raoul avait donné le même siége, et se fait sacrer à Verdun.

(AN 926.) L'année 926 commençait : le roi Raoul, avec le comte Héribert et quelques Français des bords de la mer, tenait les Normands assiégés et enfermés dans un bois du pays d'Arras ; au bout de quelques jours, les ennemis firent la nuit une sortie subite, et attaquèrent le camp du roi. Ce prince, en danger d'être pris, fut heureusement secouru par Héribert, et à la lueur de l'incendie de quelques cabanes, on se battit auprès du camp. Enfin les Normands repoussés se retirèrent. Le roi fut blessé, et le comte Helgaud tué. On dit qu'il périt

(1) De Soissons.

Nortmanni mille et centum dicuntur ibidem occisi. Sicque Rodulfus Laudunum revertitur, et Nortmanni, usque in pagum Porcensem, silvestria loca deprædantur.

Hungari quoque Rheno transmeato usque in pagum Vozinsem prædis incendiisque desæviunt.

Luna quarta decima Sabbato sancto die Kalendarum Aprilium, passa defectum et in pallorem conversa est quadam luminis relicta particula, veluti esset secunda. Sicque aurora jam incipiente in sanguineum tota mutata est colorem.

Corpus sancti Remigii, et aliorum quorumdam sanctorum pignora, Hungarorum metu Remis a suis monasteriis sunt delata. Inter quæ sanctæ quoque Walleburgis reliquiæ, ad quas nonnulla exercebantur miracula.

Exactio pecuniæ collaticiæ Nortmannis pacto pacis dandæ, publice fit per Franciam atque Burgundiam. Data igitur pecunia pax utrimque est cum juramento firmata.

1100 Normands. Raoul retourna à Laon, et les ennemis dévastèrent les pays forestiers jusque dans le Porcien.

Les Hongrois, ayant passé le Rhin, pillèrent et incendièrent le pays jusqu'à Voncq.

Le samedi saint, aux calendes d'avril, la lune, en son quatorzième jour, subit une éclipse ; elle devint pâle, et ne conserva plus qu'une faible partie lumineuse, comme si elle eût été en son second jour ; au lever de l'aurore, elle prit une couleur de sang.

La crainte qu'inspiraient les Hongrois fit transporter le corps de saint Remi et les reliques de plusieurs autres, des monastères où elles se trouvaient, dans l'intérieur de Reims. Parmi ces reliques étaient celles de sainte Valburge, auprès desquelles s'opéraient de nombreux miracles.

Un impôt à payer aux Normands pour prix de la paix, fut levé généralement en France et en Bourgogne ; l'argent donné, la paix fut conclue et jurée de part et d'autre.

Une armée partit de France et de Bourgogne, sous la conduite

Hinc exercitus ex Francia Burgundiaque cum Rodulfo rege et Heriberto comite proficiscitur super Ligerim, et acceptis obsidibus ab urbe Nivernensi, quam frater Willelmi contra regem tutabatur, in Aquitaniam ad persequendum Willelmum qui a rege forte desciverat, transeunt: insequunturque fugientem, donec rumor infestationis Hungarorum, quod iterum jam Renum transissent, exercitum in Franciam repedare coegit.

Hugo, filius Bertæ, rex Romæ super Italiam constituitur, expulso Rodulfo Cisalpinæ Galliæ rege, qui regnum illud pervaserat, et alteri fœminæ vivente uxore sua se copulaverat, occiso quoque a filiis Bertæ Burchardo Alamannorum principe, ipsius Rodulfi socero, qui Alpes cum ipso transmearat, Italiam regni gratia recuperandi genero.

Hugo presbyter, expulsus Virduno, defungitur.

Ebrardus quoque Transrhenensis in regnum Lotharii

du roi Raoul et du comte Héribert, et se dirigea du côté de la Loire; après avoir reçu des ôtages de la ville de Nevers, que le frère de Guillaume défendait contre le roi, on passa en Aquitaine pour y attaquer Guillaume lui-même, qui avait quitté le parti du roi; on le poursuivit dans sa fuite, jusqu'à ce que la nouvelle de l'invasion des Hongrois, qui avaient passé le Rhin, obligea l'armée de rentrer en France.

Rodolphe, roi de la Gaule Cisalpine, qui s'était emparé de l'Italie, et avait épousé une autre femme (1) du vivant de la sienne, avait été chassé; son beau-père, Burchard, prince des Allemands, qui avait passé les Alpes avec lui pour lui reconquérir le royaume d'Italie, avait été tué par les fils de Berthe (2); Hugues, l'un de ces fils, fut proclamé à Rome roi d'Italie.

Le prêtre Hugues, chassé de Verdun, meurt.

Evrard, d'outre-Rhin, est envoyé comme médiateur en

(1) C'était Berthe, fille de Burchard.

(2) Berthe, fille de Lothaire et de Valdrade, et femme de Thibaut, comte d'Arles, puis d'Adalbert de Toscane.

mittitur ab Heinrico, justitiam faciendi causa, et Lotharienses inter se pace consociat.

Rodulfus comes, filius Heloidis, obiit. Non multo post etiam Rotgarius vitricus ejus comes Laudunensis pagi decessit. Hugo filius Rotberti filiam Eadwardi regis Anglorum, sororem conjugis Karoli, duxit uxorem.

ANNO DCCCCXXVII. Inter Rodulfum regem et Heribertum comitem pro Laudunensi comitatu quem Heribertus Odoni filio suo dari petebat, concedente illum rege cuidam filiorum Rotgarii nomine Rotgario, simultas exoritur.

Acies igneæ Remis in cœlo mense Martio mane quadam die Dominica visæ. Cui signo pestis evestigio successit, quasi febris et tussis, quæ mixta quoque mortalitate in cunctas Germaniæ Galliæque gentes irrepsit.

Wigericus, Metensis antistes, defungitur.

Heribertus comes legatos suos trans Renum dirigit ad

Lorraine par Henri; il rétablit la concorde parmi les Lorrains.

Le comte Rodolphe, fils d'Héloïse, meurt; peu de temps après meurt aussi Roger, son beau-père, comte de Laon. Hugues, fils de Robert, épouse la fille d'Edouard (1), roi des Anglais, sœur de la femme de Charles

(AN 927.) La division se mit entre le roi Raoul et le comte Héribert, au sujet du comté de Laon, qu'Héribert demandait pour son fils Odon, et que le roi avait donné à l'un des fils de Roger, du même nom que son père.

Au mois de mars, un dimanche au matin, on vit à Reims des armées de feu dans le ciel. Ce prodige fut aussitôt suivi d'une épidémie : c'était une fièvre mêlée de toux, qui répandit la mortalité dans toutes les provinces de la Germanie et de la Gaule.

Mort de Wigeric, évêque de Metz.

(1) Ethilde, sœur de la reine Otgive, mère de Louis d'Outremer.

Heinricum : quibus reversis evocatur ad colloquium Heinrici pro eodem. Ad quod properans cum Hugone Rotberti filio pace firmata, muneribus Heinricum honorat et honoratur ab illo.

Ibi etiam Heinricus episcopium Metensium, contemta electione ipsorum, cuidam, ut ferebatur, Dei servo dedit, cognomento Bennoni.

Hugo, filius Rotberti, et Heribertus comes contra Nortmannos pergunt, qui super fluvium Ligerim morabantur.

Tempestas maxima pagum Laudunensem concussit et Suessionicum, qua domus eversæ arboresque multæ fuerunt evulsæ, homines exanimati per loca diversa quamplures.

Willelmus, Aquitanorum princeps, obiit.

Nortmanni de Ligeri postquam obsessi sunt, ebdomadibus quinque ab Heriberto et Hugone, datis acceptisque

Héribert envoya à Henri, au delà du Rhin, des députés qui lui rapportèrent, de la part de ce prince, une proposition d'entrevue ; le comte, après s'être assuré de la paix avec Hugues, fils de Robert, se rendit auprès d'Henri, avec lequel il échangea des présents

Là Henri, au mépris de l'élection des habitants, donna l'évêché de Metz à un nommé Bennon, qu'on disait être un serviteur de Dieu.

Hugues, fils de Robert, et le comte Héribert marchèrent contre les Normands qui demeuraient sur la Loire.

Une furieuse tempête désola les pays de Laon et de Soissons ; en différents lieux elle renversa des maisons, déracina des arbres, et fit périr un grand nombre d'hommes.

Mort de Guillaume, duc d'Aquitaine.

Les Normands de la Loire, assiégés pendant cinq semaines par Hugues et Héribert, donnent et reçoivent des ôtages, et

obsidibus et concesso sibi pago Nannetico, pacem pepigere Francis.

Sinodus sex episcoporum apud Trosleium habita contradicente rege Rodulfo per missos Heriberti comitis, et mandante illi ut Sinodum differret sibique obviam ad Compendium veniret. Quod ille agere renuit, Sinodo vero interfuit : ubi Herluinus comes ad pœnitentiam venit pro uxore quam duxerat alia vivente. Post absolutionem sinodi, Heribertus comes Laudunum ingredi voluit. Prævenit autem eum Rodulfus rex missis illo militibus ad custodiam loci : ipse denique subsecutus, idem castellum ingressus est. At Heribertus Karolum de custodia ejecit, secumque in pagum Veromandensem, scilicet ad Sanctum Quintinum deducit. Rodulfus vero in Burgundiam revertitur Rotgarii filiis cum uxore sua ad custodiam Lauduni relictis. Qui egredientes loca quæque devastant circa Codiciacum episcopii Remensis castrum.

moyennant la cession du pays de Nantes, ils font la paix avec les Français.

Un concile de six évêques se tint à Trosly, malgré le roi Raoul, qui y fit mettre opposition par les envoyés d'Héribert, et signifia à ce dernier d'ajourner l'assemblée, et de se rendre auprès de lui à Compiègne ; Héribert, loin d'obéir, assista au concile. Le comte Herluin (1) y fut soumis à la pénitence, pour s'être marié du vivant de sa première femme. Après le concile, le comte Héribert voulut s'emparer de Laon ; le roi Raoul l'avait prévenu, en y envoyant une garnison ; il y vint bientôt en personne, et entra dans la place. Pour se venger, Héribert tira Charles de sa prison, et l'emmena dans le Vermandois, à Saint-Quentin. Raoul retourna en Bourgogne, laissant les fils de Roger, avec sa femme, pour garder la ville de Laon. Ceux-ci, dans une sortie, dévastèrent les environs de Coucy, place qui appartenait à l'évêché de Reims.

(1) Herluin, fils d'Helgaud, comte de Ponthieu.

Karolus igitur cum Heriberto colloquium petit Nortmannorum ad castellum quod Auga vocatur, ibique se filius Rollonis Karolo committit, et amicitiam firmat cum Heriberto.

Metus interea falsi rumoris Hungarorum, et fugæ per regnum Lothariense agitantur et Franciam.

ANNO DCCCCXXVIII inchoante, in ipsis solemniis ortus Christi, Rodulfus de Burgundia cum hostili Burgundionum manu venit in Franciam prædando et etiam loca quædam incendendo. Cui Hugo, filius Rotberti, obviam properat: venientesque super Isaram, inter Rodulfum et Heribertum comitem sequester et medius fuit, et ab Heriberto obsides accepit, donec iterum ad denominatum placitum convenirent. Quo facto Rodulfus in Burgundiam revertitur, non valens suadere conjugi suæ, Lauduno discedere. At Heribertus comes Remis cum Karolo venit, indeque litteras mittit Romam Johanni Papæ, significans ei de restitutione

Charles, de concert avec Héribert, proposa une conférence aux Normands; elle se tint au château d'Eu; le fils de Rollon (1) se soumit à Charles, et fit alliance avec Héribert.

Cependant de fausses alarmes sur l'arrivée des Hongrois occasionnent des émigrations dans la Lorraine et dans la France.

(**AN 928.**) Au commencement de 928, dans les fêtes de Noël, Raoul sortit de la Bourgogne avec une armée ennemie, et vint ravager la France, où il brûla différents pays. Hugues, fils de Robert, se hâta d'aller à sa rencontre. Arrivé sur l'Oise, il s'établit médiateur et sequestre entre Raoul et Héribert, et reçut de ce dernier des ôtages, en attendant le résultat d'une nouvelle conférence. Après cela, Raoul retourna en Bourgogne, sans pouvoir déterminer sa femme à quitter Laon (2). Le comte Héribert vint à Reims avec Charles. De là il écrivit à Rome, au pape Jean, pour lui annoncer qu'il travaillait de tout son pouvoir

(1) Guillaume-Longue-Epée, duc de Normandie.

(2) La reddition de Laon était une des conditions d'Héribert.

et honore Karoli, ut ille sibi etiam sub excommunicationis interminatione mandaverat, se pro viribus decertare. Rodulfus rex et Heribertus comes iterum ad placitum jam infra quadragesimam veniunt. Regina uxor Rodulfi Laudunum reliquit, et in Burgundiam redit. Heribertus comes Lauduno potitur, et exinde placitum cum Nortmannis habuit, ipseque et Hugo filius Rotberti amicitiam cum eis pepigerunt. Filius tamen Heriberti Odo, quem Rollo habebat obsidem, non redditur illi, donec se committit Karolo pater, cum aliis quibusdam Franciæ comitibus et episcopis.

Tempestates variæ diversis locis effusæ.

Otgarius Ambianensium præsul, vir sanctus et plenus dierum obiit, cujus vita usque ad annos centum et amplius prolata refertur.

Heribertus comes quamdam munitionem filiorum Lotharii quam dicunt Moritaniam super Scaldum fluvium vi cepit et diruit.

à rétablir Charles sur le trône, comme le pape le lui avait enjoint, sous peine d'excommunication. — La conférence promise entre le roi Raoul et le comte Héribert eut lieu dans le cours du Carême; la reine consentit à quitter Laon, et revint en Bourgogne. Héribert prit possession de Laon, puis, de concert avec Hugues, il eut avec les Normands une conférence, dans laquelle ils se jurèrent amitié. Toutefois, Odon, fils d'Héribert, que Rollon gardait en ôtage, ne fut rendu à son père, que quand celui-ci eut juré fidélité à Charles, avec plusieurs autres seigneurs et évêques de France.

Il y eut différentes tempêtes en plusieurs lieux.

Otgaire, évêque d'Amiens, mourut plein de jours, en odeur de sainteté; on dit que sa vie s'était prolongée au delà de cent ans.

Le comte Héribert prit d'assaut et détruisit un fort nommé Mortagne, sur l'Escaut, qui appartenait aux fils de Roger.

Cependant l'envoyé d'Héribert revint de Rome, annonçant que

Interea missus Heriberti comitis Roma revertitur, nuncians Johannem papam a Widone fratre Hugonis regis propter simultatem quamdam inter illos exortam, reclusum in carcerem.

Odalricus Aquensis quidam episcopus in ecclesia Remensi recipitur ab Heriberto comite ad celebrandum episcopale duntaxat ministerium vice Hugonis ipsius comitis filii adhuc parvuli, concediturque ipsi Odalrico abbatia tantum sancti Timothei cum præbenda canonica.

Heinricus Germanicus princeps cum multitudine Germanorum Renum transiit, et supra Mosam veniens, obsidet quoddam castrum Bosonis comitis nomine Durofostum, pro eo quod Boso ad legem venire nolebat de quibusdam abbatiis et terra episcopii quam potestatis auctoritate ceperat, et pertinaciter Heinrici præcepta spernens, detinebat : mittensque ad Bosonem, pacem spondet si ad se veniat. Qui acceptis obsidibus pacto securitatis ab Heinrico, venit ad eum, eique fidelitatem et pacem regno jura-

le pape Jean avait été jeté en prison par Gui (1), frère du roi Hugues, à la suite d'une querelle qui s'était élevée entre eux.

Un certain Odalric, évêque d'Acqs, fut reçu dans l'église de Reims par le comte Héribert, pour y exercer seulement les fonctions épiscopales à la place de son fils encore enfant ; on n'assigna à Odalric que l'abbaye de Saint-Timothée, avec une prébende canoniale.

Henri, roi de Germanie, passa le Rhin avec un grand nombre de Germains, et vint sur la Meuse assiéger un château nommé Durfost, qui appartenait au comte Boson (2), parce que celui-ci ne voulait pas donner satisfaction pour quelques abbayes et une terre épiscopale dont il s'était emparé et qu'il retenait, au mépris des injonctions d'Henri. Il fit promettre la paix à Boson, s'il venait à lui ; Boson, après avoir reçu des ôtages et un pacte de sécurité, vint trouver Henri, jura de lui être fidèle et de ne

(1) Gui, duc de Toscane.

(2) Boson, frère de Raoul.

mento promittit, terram quam ut ceperat reddit, data sibi alia, recompensationis gratia : pacaturque tam ipse quam Ragenarius cum Gisleberto et cœteris Lothariensibus. Hugo et Heribertus ad Heinricum colloquii causa proficiscuntur : indeque revertentes obviam pergunt regi Rodulfo, rursusque Heribertus se illi committit, iterum redacto sub custodia Karolo. Deinde cum Rodulfo proficiscitur in Burgundiam obviam Hugoni Italiæ regi.

Vindemiæ pene peraguntur infra mensem Augustum.

Hugo rex habens colloquium cum Rodulfo, dedit Heriberto comiti Provinciam Viennensem vice filii sui Odonis.

Benno Metensis episcopus insidiis appetitus, eviratus luminibusque privatus est.

Rodulfus rex Remis veniens pacem facit cum Karolo, reddens ei Atiniacum, muneribusque honorans illum.

ANNO DCCCCXXVIIII. Heribertus et Hugo comites contra Bosonem Rodulfi regis fratrem proficiscuntu r propter quosdam Rothildis alodes nuper defunctæ, quos a Bosone

plus troubler la paix de la Lorraine. Il rendit, moyennant compensation, la terre qu'il avait usurpée, et se réconcilia, aussi bien que Regnier, avec Gislebert et les Lorrains. — Hugues et Héribert se rendent auprès d'Henri pour conférer avec lui ; à leur retour, ils vont au devant du roi Raoul ; Héribert se soumet à lui de nouveau, et Charles est remis en prison ; Héribert accompagne Raoul en Bourgogne, pour aller au devant de Hugues, roi d'Italie.

Les vendanges sont presque terminées dans le mois d'août.

Dans une entrevue avec Raoul, le roi Hugues donne à Héribert la province de Vienne pour son fils Odon.

Bennon, évêque de Metz, attiré dans un piége, est mutilé et aveuglé.

Le roi Raoul vient à Reims, fait la paix avec Charles, lui rend Attigny, et lui fait des présents.

(AN 929.) Les comtes Héribert et Hugues marchèrent contre Boson, frère du roi, à cause de certains alleux enlevés par Boson à la succession de Rothilde, récemment décédée, et réclamés par

pervasos repetebat Hugo, gener ipsius Rothildis. At Heribertus comes Victoriacum Bosonis castellum cepit, et post hæc inducias dant Bosoni usque ad finem Maii mensis. Boso ad Heinricum profectus, pacem publice jurare compellitur.

Deroldus medicus episcopatum Ambianensem adipiscitur, Albero Metensem, Bennoni quadam abbatia sustentationis tenore concessa.

Heribertus et Hugo monasteriolum castellum Herluini filii Hilgaudi comitis obsident, tandemque acceptis obsidibus revertuntur.

Johannes Papa dum a quadam potenti femina cognomine Marocia, principatu privatus sub custodia detineretur, ut quidam, vi, ut plures astruunt, actus angore defungitur.

Karolus quoque apud Peronam obiit.

Simultas inter Hugonem et Heribertum comites exoritur recepto Herluino ab Hugone cum terra sua, et Hilduino qui erat Hugonis, ab Heriberto.

Hugues, gendre de cette princesse. Héribert prit Vitry (1), place de Boson ; et on accorda à ce dernier une trêve pour jusqu'à la fin de mai. Boson se retira près d'Henri, qui le contraignit de jurer publiquement la paix.

Dérold, médecin, obtient l'évêché d'Amiens ; Adalbéron, celui de Metz ; une abbaye est donnée à Bennon pour sa subsistance.

Héribert et Hugues assiégent Montreuil, place d'Herluin, fils du comte Helgaud, et se retirent avec des ôtages.

Le pape Jean, dépossédé et détenu en prison par une femme puissante, nommée Marozie, périt de mort violente, selon quelques-uns, ou de chagrin, selon d'autres.

Charles meurt aussi à Péronne.

Une querelle s'élève entre les comtes Hugues et Héribert, à cause de l'hommage fait à Hugues par Herluin, vassal d'Héribert, et à Héribert par Hilduin, vassal de Hugues (2).

(1) Vitry-le-Brûlé.

(2) Le texte de Du Chesne porte *recepto Herluino, qui erat Hugonis, ab Heriberto*, et omet ces mots : *ab Hugoné cum terra sua et Hilduino.*

Viæ Alpium a Sarracenis obsessæ, a quibus multi Romam proficisci volentes, impediti revertuntur.

ANNO DCCCCXXX. Rodulfus, rex Nortmannos, de Ligeri qui Aquitaniam deprædationibus infestabant, in pago Lemovicino uno prælio pene delevit, et Aquitanos sibi subditos fecit.

Heribertus Arnoldum qui erat Hugonis, recepit.

Diversi motus agitantur bellorum per Franciam inter Hugonem et Heribertum. Rodulfus rex in Franciam veniens, pacem inter eos atque Bosonem multo labore per diversa placita componit, et Heribertus Victoriacum Bosoni reddit.

Adelelmo Laudunensium præsule defuncto Gozbertus nepos ejus episcopium adipiscitur.

Heribertus Ansellum Bosonis vassallum qui Victoriacum tenebat, cum ipso castello recipit, et Codiciacum illi cum alia terra concedit.

Rodulfo rege in Burgundiam regresso, Lotharienses in

Les chemins des Alpes sont occupés par les Sarrasins ; et plusieurs personnes, qui voulaient aller à Rome, sont obligées de revenir sur leurs pas.

(**AN 930.**) Dans le pays de Limoges, le roi Raoul extermine presque entièrement, dans un seul combat, les Normands de la Loire, qui ravageaient l'Aquitaine, et reçoit la soumission des Aquitains.

Héribert reçoit celle d'Arnold (1), vassal de Hugues.

La France est agitée par les guerres que se font Hugues et Héribert. Le roi Raoul se rend en France ; il parvient avec beaucoup de peine, et après plusieurs conférences, à rétablir la paix entre eux et Boson ; Héribert rend à ce dernier Vitry.

Après la mort d'Adelelme, évêque de Laon, son neveu Gosbert lui succède.

Héribert reçoit l'hommage d'Anselle, vassal de Boson, avec la place de Vitry, qu'il gardait ; il lui donne Coucy avec une autre terre.

Après le départ de Raoul pour la Bourgogne, les Lorrains

(1) Arnold, comte de Douai.

Franciam cum Gisleberto obviam veniunt Hugoni, et oppidum quoddam nomine Duagium quod Arnoldus tenebat, adactum obsidione capiunt.

Interea homines Bosonis Victoriacum proditione recipiunt, et Mosomum fraude pervadunt. Boso relictis quibusdam fidelibus suis ad custodiam Mosomi, proficiscitur ad obsidionem castri præmemorati. At Heribertus a quibusdam Mosomensibus evocatus supervenit insperatus, transmissaque Mosa vadis inopinatis et intrans oppidum, porta latenter a castellanis aperta, vassallos Bosonis qui ibi relicti ad munimen loci fuerant omnes capit.

Remis infra et circa ecclesiam Sanctæ Mariæ lumen magnum ab Aquilonari et Orientali parte, paulo ante initium diei apparuit.

ANNO DCCCCXXXI. Rodulfus Viennem profectus Karolo Constantino Ludovici Orbis filio, qui eam tenebat, sub-

passent en France avec Gislebert pour se joindre à Hugues ; ils assiégent et prennent une ville nommée Douai , défendue par Arnold.

Cependant les gens de Boson reprènnent Vitry par trahison, et s'emparent de Mouzon par ruse. Boson laisse quelques hommes pour garder cette dernière ville, et court assiéger la place déjà nommée. Mais Héribert, appelé par des habitants de Mouzon, arrive à l'improviste, passe la Meuse, qu'il trouve inopinément guéable, entre dans la place, dont la porte lui est ouverte par les habitants, et fait prisonniers lés vassaux de Boson, qui composaient la garnison.

A Reims, un peu avant le commencement du jour, il parut une grande lumière, du Nord à l'Orient, derrière et autour de l'église de Notre-Dame.

(**AN 931.**) Raoul partit pour Vienne, afin de recevoir la soumission que lui avait promise Charles Constantin, fils de Louis l'Aveugle (1), qui était maître de cette province. En reve-

(1) Louis, ancien roi de Provence. — *On lit aussi :* Lugdovicus et Ludowicus.

jectionem pollicitante, revertitur et Turonum ad sanctum Martinum orationis gratia proficiscitur.

Lotharienses interea Duagium capiunt, et Hugo illud Rotgario filio Rotgarii concedit. Heribertus vero castrum Sancti Quintini, Arnoldo pro eo reddidit.

Græci Sarracenos per mare insequentes in Fraxinidum saltum ubi erat refugium ipsorum, et unde egredientes Italiam sedulis prædabantur incursibus, Alpibus etiam occupatis celeri, Deo propitio, internicione proterunt quidam cum Alpibus reddentes Italiam.

Die Purificationis beatæ Dei genitricis Mariæ, Remis, in Ecclesia ipsius, quidam canonicorum famulus custos Ecclesiæ Sancti Dionysii et Sancti Tedulfi subito perculsus, contractus obriguit, nervis tam manuum quam basium, ruentique sibi pavimenti os visum est adhæsisse lapidi. Quo paulo post resoluto tam manibus quam cruribus rigore constric-

nant, il alla faire ses dévotions à Tours, au tombeau de Saint-Martin.

Cependant les Lorrains s'étaient emparés de Douai, et Hugues l'abandonna à Roger (1), fils du défunt comte de Laon. Héribert rendit à Arnold le fort de Saint-Quentin en dédommagement.

Les Grecs, poursuivant les Sarrasins par mer, les repoussèrent jusque dans le bois de Frainet, où ils avaient leur refuge, et d'où ils sortaient pour ravager l'Italie par de fréquentes incursions ; ils s'emparèrent aussi des Alpes, et, avec le secours de Dieu, ils firent une prompte fin de ces brigands, et rendirent l'Italie tranquille du côté des Alpes.

A Reims, dans l'église de Notre-Dame, le jour de la Purification, un serviteur des chanoines, custode de l'église de Saint-Denis et de Saint-Théodulphe, fut tout-à-coup perclus, et devint raide par la contraction de ses mains et de ses jambes ; il tomba sur le pavé, et son visage parut y être attaché. Le visage se dégagea un peu après ; mais les mains et les jambes conservèrent leur raideur : on

(1) Roger prit depuis le titre de comte de Douai.

tis, defertur immobilis, atque post quinta die Dominica manus ei resolvuntur ad missam, et crura similiter ad missam quintadecima. Cui res similis die Circumcisionis Domini ante quinque annos in eadem acciderat ecclesia, et resolutus ibidem post triginta dies in ipsa Purificationis fuerat solemnitate.

Rotbertus, episcopus Turonensis, Ecclesiæ Roma remeans sub Alpibus noctu infra tentoria cum comitantibus secum interimitur a latronibus.

Gislebertus, filius Manasse, a rege Rodulfo descivit propter Avalonem castrum, quod ab eo Emma regina abstulerat, simulque recedit Richardus filius Warnerii ob eamdem rationem.

Item inter Gislebertum Lothariensem et Bososem simultas exoritur, pacato Bosone cum Heriberto, castrumque Bosonis Durofostum a Gisleberto capitur;

l'emporta sans mouvement. Cinq jours après, un dimanche, il recouvra l'usage de ses mains à la messe, et celui des jambes, également à la messe, le quinzième jour. La même chose lui était arrivée cinq ans auparavant, dans la même église, le jour de la Circoncision de Notre Seigneur, et il avait été guéri trente jours après, aussi le jour de la Purification.

Robert, évêque de Tours, revenant de Rome, fut surpris la nuit dans sa tente, sur les Alpes, par des voleurs, qui l'assassinèrent avec ceux qui l'accompagnaient.

Gislebert (1), fils de Manassès, quitta le parti du roi Raoul, à cause du château d'Avalon, que la reine Emma lui avait enlevé; Richard (2), fils de Varnier, se retira aussi pour la même raison.

La discorde se mit entre Gislebert de Lorraine et Boson, qui s'était réconcilié avec Héribert; le premier s'empara du château de Durfost, qui appartenait à Boson.

(1) Gislebert, comte d'Avalon, d'Autun, etc., plus tard duc de Bourgogne.

(2) Richard, comte de Sens.

Itemque sub ipsis diebus Moritania munitio filiorum Rotgarii ab Arnulfo filio Balduini;

Et Heribertus amicitiam Gisleberti Lothariensis accipit. Boso relicto Heinrico ad Rodulfum regem vadit, indeque rediens Catalaunicum castrum vi cepit, exussit atque subvertit ob inimicitias Bovonis episcopi, cujus homines quosdam Bosonis membris truncaverant.

Rodulfus rex in Franciam revertitur, et Heriberto comite ab illo deficiente rex juncto sibi Hugone castellum Heriberti Donineum nomine capit ac diruit, deinde Atrabatem obsidet. Heribertus comes adjunctis sibi per Gislebertum ducem Lothariensibus, contra regem vadit, pactisque induciis usque Kal. Octobris utrinque disceditur. Interim quidam fidelium Heriberti Remensi ex urbe profecti quoddam Hugonis castrum super Vidulam nomine Brainam, quod ipse Hugo ab episcopo Rotomagensi tulerat, capiunt atque subvertunt.

Rodulfus rex litteras Remis mittit ad clerum et populum

Dans le même temps, Mortagne, château du fils de Roger, fut pris par Arnoul, fils de Baudouin.

Héribert fit la paix avec Gislebert de Lorraine ; Boson quitta Henri pour se rendre auprès du roi Raoul. A son retour, il prit Châlons, le brûla et le détruisit, en haine de Bovon (1), évêque de cette ville, dont les gens avaient mutilé quelques-uns des siens.

Le roi Raoul revint en France, et comme Héribert avait fait défection, il se joignit à Hugues pour prendre et saccager une place d'Héribert, nommée Doullens ; ensuite il assiégea Arras. Héribert, secondé par les Lorrains que lui avait amenés le duc Gislebert, marcha contre le roi ; mais une trêve fut conclue pour jusqu'aux calendes d'Octobre, et on se sépara. — Pendant ce temps, des fidèles d'Héribert, partis de Reims, prirent et ruinèrent un château, nommé Braine, sur la Vesle, qui appartenait à Hugues, et que celui-ci avait enlevé à l'évêque de Rouen.

(1) Bovon, frère de Frédéronne, première femme de Charles-le-Simple.

pro agenda electione præsulis : ad quæ illi respondent se id agere non posse salvo suo electo, et electione manente quam fecerant. Heribertus comes ad Heinricum proficiscitur eique sese committit, et exercitus regis atque Hugonis Laudunensem et Remensem pagum deprædantur. Rodulfus rex pergens ad Atiniacum, Hugonem ad Heinricum mittit, a quo Heinricus acceptis obsidibus, et pacta securitate trans Renum recedit.

Interea Brittones qui remanserant Nortmannis in Cornu Galliæ subditi, consurgentes adversus eos qui se obtinuerant, in ipsis solemniis sancti Michaelis omnes interemisse dicuntur qui inter eos morabantur Nortmannos, cæso primum duce illorum nomine Felecan.

Rodulfus rex cum Hugone et Bosone, cæterisque suis, Remorum obsident urbem, quam tertia tandem ebdomada post obsidionem, aperientibus sibi eis qui erant in civitate, ingressus, ordinari facit ibi præsulem Artaldum monachum ex cœnobio Sancti Remigii, qui jampridem, ipso tamen

Le roi Raoul écrivit au clergé et au peuple de Reims pour les engager à élire un évêque ; mais ils répondirent qu'ils ne pouvaient le faire, tant que vivrait celui qu'ils avaient élu, et que son élection subsisterait. — Le comte Héribert se rend auprès d'Henri et lui fait hommage. L'armée de Raoul et celle de Hugues ravagent les pays de Laon et de Reims. Raoul, partant pour Attigny, donne à Hugues une mission pour Henri ; celui-ci reçoit des ôtages, fait un pacte de sécurité, et se retire au delà du Rhin.

Cependant les Bretons du pays de Cornouailles, qui étaient demeurés soumis aux Normands, se soulevèrent contre leurs dominateurs ; et l'on dit que pendant la fête de saint Michel ils tuèrent tous les Normands qui se trouvèrent parmi eux, en commençant par le duc Félecan.

Le roi Raoul vint assiéger Reims avec Hugues, Boson et ses autres alliés ; après un siége de trois semaines, les portes lui furent ouvertes par les habitants ; il entra dans la ville, et fit ordonner évêque Artaud, moine de Saint-Remi, qui depuis long-

anno, reliquerat Heribertum et transierat ad Hugonem. Bovonem quoque Catalaunensem episcopum qui a se desciverat cum Heriberto, rex capiens tradit custodiendum Hugoni, et ipsius episcopatum Miloni clerico tradidit. Sicque pergens Laudunum, obsidet inibi Heribertum qui ibidem sese concluserat cum suis : nec diu persistens locum petit egrediendi, datoque sibi spatio, recedit dimissa uxore sua in arce quam infra Laudunum ipse construxerat. Ad quam postea capiendam majoris laboris et moræ opus regi fuit : qua vix tandem potitus in Burgundiam revertitur, Aquitanis discordantibus obviam proficiscens.

Incon nortmannus qui morabatur in Ligeri, cum suis Britanniam pervadit, victisque et cæsis vel ejectis Brittonibus regione potitur.

ANNO DCCCCXXXII. Rex Rodulfus in Burgundiam reversus quædam castella Gisleberti et Richardi qui a se desciverat, receptat.

temps, dans l'année cependant, avait quitté le parti d'Héribert pour embrasser celui de Hugues.— Bovon, évêque de Châlons, qui avait suivi la défection d'Héribert, fut pris par le roi, et livré prisonnier à Hugues; son évêché fut donné à Milon, simple clerc. — Le roi marcha ensuite sur Laon pour assiéger Héribert, qui s'y était enfermé avec les siens. Ne pouvant résister longtemps, le comte demanda et obtint la liberté de sortir ; il se retira, laissant sa femme dans la citadelle (1) qu'il avait fait construire dans l'intérieur de la ville. La prise de ce fort coûta au roi beaucoup plus de temps et de peine. Maître de la place, il partit pour la Bourgogne, d'où il alla soumettre les Aquitains révoltés.

Le Normand Incon, qui demeurait sur la Loire, envahit la Bretagne avec ses troupes, et après avoir vaincu, dépouillé, chassé ou tué les Bretons, il resta maître du pays.

(AN 932.) Le roi Raoul, revenu en Bourgogne, enleva

(1) Cette citadelle, bâtie à la pointe occidentale de la montagne, était appelée le château Gaillot.

Airardus, Noviomensis episcopus, defungitur, et quidam clericus ejus urbis, qui fieri cupiebat episcopus, Adelelmum comitem noctu in civitatem latenter muro conscenso recipit, a quo mane loci milites urbe propulsi, collecta secum nonnulla suburbanorum manu, civitatem aggrediuntur, annitentibusque qui infra muros remanserant, civibus, quidam exusta porta, quidam per ecclesiæ fenestram ingrediuntur. Adelelmus in ecclesiam confugiens secus altare cum quibusdam qui secum introierant, interemptus est, et cives urbem recipiunt.

Heribertus comes, Hamme castro recepto, Hebrardum, fratrem Herluini, qui illud tenebat, capit.

Rodulfus rex cum Hugone locutus Bovonem episcopum in gratiam recipit, eique suum, Catalaunense scilicet episcopium reddit.

Walbertus, Corbeiensis abbas, Noviomensibus ordinatur episcopus.

quelques places à Gislebert et à Richard, qui avaient quitté son parti.

Airard, évêque de Noyon, mourut ; un clerc de cette ville, qui voulait être évêque, introduisit secrètement la nuit le comte Adelelme dans la ville, en lui faisant escalader la muraille. Le matin, les soldats de la place, chassés par lui, réunirent les habitants des faubourgs, et vinrent attaquer la ville ; secondés par ceux qui étaient restés dans l'intérieur, ils entrèrent les uns par la porte qu'ils avaient brûlée, les autres par les fenêtres d'une église. Adelelme, qui s'était refugié dans cette église, fut massacré auprès de l'autel, avec ceux qui y étaient entrés avec lui, et les habitants reprirent leur ville.

Héribert reprit aussi le château de Ham, et fit prisonnier Hébrard, frère d'Herluin, qui l'occupait.

Le roi Raoul, de concert avec Hugues, reçut en grâce l'évêque Bovon, et lui rendit son évêché de Châlons.

Walbert, abbé de Corbie, fut sacré évêque de Noyon.

Rodulfus rex, Gisleberto recepto, a Burgundia revertitur in Franciam, ibique abbatia Sancti Medardi, quam Heribertus tenebat, potitus, regreditur in Burgundiam.

Hugo Ambianensem cum quibusdam episcopis Franciæ obsidens civitatem quam tenebant fideles Heriberti, crebroque quatiens bello, sumptis tandem relinquit obsidibus, et obsidione castrum circumdat Sancti Quintini.

Milo, qui Catalaunense deprædabatur episcopium, excommunicatur ab Artaldo archiepiscopo, cæterisque Remensis dioceseos episcopis.

Hugo castellum Sancti Quintini, postquam duobus mensibus obsederat, oppidanorum tandem deditione capit. In crastinum postquam illud ingressus est, unus contractus in ecclesia ipsa erigitur.

Ragemundus et Ermingaudus, principes Gothiæ, regi se Rodulfo committunt; Lupus quoque Acinarius Vasco, qui

Raoul, après avoir reçu l'hommage de Gislebert, vint de Bourgogne en France, s'empara de l'abbaye de Saint-Médard, que possédait Héribert, et retourna en Bourgogne.

Hugues, qui assiégeait avec quelques évêques de France la ville d'Amiens, défendue par les fidèles d'Héribert, lui donnait de fréquents assauts; il l'abandonna enfin, après avoir reçu des ôtages, et assiégea le château de Saint-Quentin.

Milon, qui pillait l'évêché de Châlons, fut excommunié par l'archevêque Artaud et les autres évêques de la province de Reims.

Hugues, après deux mois de siége, prit le château de Saint-Quentin, que lui livrèrent les habitants. Le lendemain de son entrée, un homme perclus recouvra dans l'église l'usage de ses membres.

Raimond et Ermingaud (1), princes de Gothie, firent leur soumission au roi Raoul, aussi bien que Loup Acinaire, gascon, qui avait, dit-on, un cheval de plus de cent ans, encore très valide.

(1) Raimond, comte de Toulouse, et Ermingaud, comte de Rodez.

equum ferebatur habere annorum plusquam centum, adhuc tamen validissimum.

Gislebertus cum Lothariensibus, invitante se Hugone, Peronam obsidet, ubi congressione frequenti plures occiduntur Lotharienses, reliqui munitionem capere non valentes recedunt, locuto prius Gisleberto duce cum rege Rodulfo, mediante Hugone. Rodulfus rex cum Hugone Hamum castellum Heriberti obsidet, acceptisque obsidibus ita relinquit.

Gozberto Laudunensium præsule defuncto, Ingrannus, decanus monasterii Sancti Medardi, episcopus Lauduni ordinatur.

Boso, frater regis, et Bernuinus, episcopus Virdunensis, incendiis inter se deprædationibusque bacchantur.

Heribertus trans Renum ad Heinricum proficiscitur.

ANNO DCCCCXXXIII. Missi Remensis ecclesiæ Giso et Almalricus Roma redeuntes pallium Artaldo præsuli

Sur l'invitation de Hugues, Gislebert vint assiéger Péronne avec les Lorrains; dans les assauts réitérés il perdit un grand nombre de ses soldats; les autres, ne pouvant enlever le fort, se retirèrent. — Après une entrevue de Gislebert et de Raoul, obtenue par la médiation de Hugues, le roi assiégea avec ce dernier le château de Ham, appartenant à Héribert, et le laissa, après avoir reçu des ôtages.

Gosbert, évêque de Laon, meurt; Ingramne (1), doyen du monastère de Saint-Médard, lui succède.

Boson, frère du roi, et Bernuin, évêque de Verdun, se livrent l'un contre l'autre à des pillages et des incendies.

Héribert se rend auprès d'Henri au delà du Rhin.

(**AN 933.**) Gison (2) et Amaury, envoyés de l'Eglise de Reims, rapportèrent de Rome le pallium à l'archevêque Artaud. Ils annon-

(1) Autrement *Engelrand*.

(2) Le nom de *Gison* ne se trouve pas dans Du Chesne.

deferunt, nunciantque Johannem papam, filium Mariæ, quæ et Marocia dicitur, sub custodia detineri a fratre suo nomine Albrico, qui matrem quoque suam Marociam clausam servabat, et Romam contra Hugonem regem tenebat.

Hungari se in tres partes dividunt, quorum pars una Italiam petit, alia terram Heinrici trans Renum invadit : contra quos profectus Heinricus cum Baioariis et Saxonibus cæterisque quibusdam sibi subjectis omnibus omnes usque ad internicionem sternit, quorum triginta sex millia cæsa referuntur, præter eos quos absorbuit fluvius et qui vivi capti sunt.

Ricarius, episcopus Tungrensis, quoddam castellum Bernardi comitis quod ipse Bernardus apud Archeias in pago Porcense construxerat, evertit, eo quod suæ in ecclesiæ terra situm esset.

Vienna Rodulfo regi, tradentibus eam his qui eam tenebant, deditur.

cèrent que le pape Jean (1), fils de Marie, dite aussi Marozie, était retenu prisonnier par son frère Alberic, lequel avait aussi enfermé sa mère Marozie, et tenait Rome contre le roi Hugues.

Les Hongrois se divisent en trois colonnes : l'une se rend en Italie, une autre envahit les états d'Henri au delà du Rhin. Celui-ci marche contre eux avec les Bavarois, les Saxons, et plusieurs autres, tous ses sujets ; il extermine les ennemis. On dit qu'il en périt 36,000, sans compter ceux qui furent noyés dans le fleuve, ou pris vivants.

Un fort, appartenant au comte Bernard, que celui-ci avait construit auprès d'Arches (2) dans le Porcien, est détruit par Richaire, évêque de Tongres, parce qu'il était situé sur les terres de son église.

Vienne se rend au roi Raoul, livrée par ceux qui la défendent.

(1) Jean XI.

(2) Arches, ancien nom de Charleville ; il y a encore aujourd'hui à Mézières le *pont d'Arches*.

Willelmus, princeps Nortmannorum, eidem regi se committit: cui etiam rex dat terram Brittonum in ora maritima sitam.

Rodulfus rex munitionem Heriberti quæ dicitur castellum Theoderici, obsidet ebdomadas sex. Postea Wallo qui custodiebat illud, reginæ Emmæ se committit: ejusdemque fidei vel provisioni castrum dimittitur.

Waldricus episcopus Autisiodorensis obiit, et Widolus archidiaconus episcopium adipiscitur.

Synodus inter obsidendum prædictum præsidium celebratur, congregatis nonnullis Franciæ vel Burgundiæ præsulibus : cui præsederunt domnus Artaldus antistes Remorum , et domnus Teudolus Turonensis episcopus. Tunc quoque domnus Artaldus Hildegarium ordinavit episcopum urbis Belvacensis.

Odo, filius Heriberti, Hammum præsidium tenens, pagum Suessionicum atque Noviomensem prædis incen-

Guillaume, duc des Normands, fait hommage au même roi, qui lui donne la terre des Bretons, située sur les bords de la mer.

Raoul assiégea pendant six semaines le fort de Château-Thierry; Walon, qui le gardait, au nom d'Héribert, se rend à la reine Emma, qui laissa le fort à sa foi et à sa discrétion.

Waldric, évêque d'Auxerre, meurt; et Gui, archidiacre du lieu, obtient l'évêché.

Pendant le siége de Château-Thierry, il se tint un concile, composé de plusieurs évêques de France et de Bourgogne, sous la présidence d'Artaud, archevêque de Reims, et de Teudole (1), archevêque de Tours. Artaud y sacra Hildegaire, évêque de Beauvais.

Odon, fils d'Héribert, qui tenait le fort de Ham, pillait et incendiait les pays de Soissons et de Noyon. Son père, d'un autre côté,

(1) Autrement *Teutilon*.

diisque proterit. Heribertus pater ejus ad Sanctum Quintinum clam veniens, tertia die postquam venit, castrum pugnando cepit, oppidanis non repugnantibus, solis tantum custodibus Hugonis obnitentibus : quos capiens Heribertus, accepto ab eis sacramento, dimisit ibi relictis etiam ex suis ad oppidi tutelam complicibus. Quod audiens Hugo, mox adveniens castrum recepit, et quemdam nobilem clericum nomine Treduinum ab Heriberto ibi dimissum apprehendens suspendio necat cum quibusdam aliis : nonnullis vero aliis membra diversa decidit, indeque proficiscens cum domno Artaldo episcopo, munitionem nomine Raugam, tradentibus eam Heriberti custodibus, sine difficultate capit.

Hugo, rex Italiæ, Romam obsidet —

Et Sarraceni meatus Alpium occupant atque vicina quæque loca deprædantur.

Artaldus archiepiscopus Fulbertum urbi Camaracensi præsulem ordinat.

Heribertus castrum Theoderici super Maternam fluvium

vint secrètement jusqu'à Saint-Quentin, et trois jours après son arrivée, il s'empara de la place sans résistance de la part des habitants, mais seulement de la part des soldats de Hugues. Héribert les fit prisonniers, puis, ayant reçu leurs serments, il les laissa dans la ville, ajoutant aussi quelques-uns de ses partisans pour la défense de la place. A cette nouvelle, Hugues vint aussitôt reprendre le fort ; il saisit un clerc de noble origine, nommé Théduin, qu'Héribert y avait laissé ; il le fit pendre avec quelques autres, et en fit aussi mutiler plusieurs Il partit ensuite avec l'archevêque Artaud, et prit sans difficulté la forteresse de Roie, qui lui fut livrée par les partisans d'Héribert.

Hugues, roi d'Italie, assiége Rome.

Les Sarrasins occupent les passages des Alpes, et ravagent les pays voisins.

L'archevêque Artaud sacre Fulbert évêque de Cambrai.

Héribert reprend Château-Thierry, sur la Marne; la place lui est livrée par ceux que Walon y avait laissés pour la défendre.

positum, tradentibus illud sibi quibusdam quos ibi ad custodiam Walo reliquerat, recipit dispositisque recedit custodibus. Quod audiens Hugo idem castrum quantocius obsidere procurat.

ANNO DCCCCXXXIV. Obsidentibus prænotatam munitionem rege Rodulfo et Hugone comite, quarto tandem mense, ascendente noctu muros custodibus dormientibus Walone cum suis, pars oppidi capitur : arx tamen tutior ab Heriberti fidelibus retinetur. At regis militibus insistentibus non multo post obsides dedunt, et ab obsidione disceditur.

Remis in ecclesia Beatæ Genitricis Mariæ, solemnitate Annunciationis Domini, dum sacrarum missarum ab Artaldo præsule inibi celebrarentur, quidam juvenis contractis poplitum nervis repere solitus, repente resolutis extendentibusque genuum crurumque compagibus, assurgit, retemptatoque gressu jam diu oblita recepit vestigia. Item in ecclesia Sancti Hylarii ante portam Martis cæcus quidam nomine Paulus illuminatur, admonitus prius in

Héribert y établit une garnison et se retire. Hugues l'apprend et se dispose à assiéger cette place au plus tôt.

(An 934.) Le roi Raoul et le comte Hugues assiégèrent la place susdite. A la fin du quatrième mois, Walon escalada de nuit la muraille avec les siens, pendant que les gardes dormaient ; une partie de la ville fut prise ; mais la citadelle, mieux fortifiée, resta au pouvoir des gens d'Héribert. Cependant les troupes du roi continuèrent le siége ; bientôt après, la garnison donna des ôtages, et le siége fut levé.

A Reims, dans l'église de Notre-Dame, le jour de l'Annonciation du Seigneur, pendant que l'archevêque Artaud offrait le sacrifice de la messe, un jeune homme, qui ne pouvait que se traîner, parce que les nerfs des jarrets étaient contractés, sentit tout-à-coup se délier et se détendre les muscles de ses genoux et de ses jambes ; il se leva, et après quelques essais, il reprit l'usage de la marche qu'il avait perdu depuis longtemps. — De plus, dans l'église de Saint-Hilaire, devant la porte de Mars, un aveugle, nommé Paul, fut

somnis ut ad ipsum locum veniret, ibique lumen recipere deberet.

Rex iterum cum Hugone, neglectis ab Heriberto quos sui dederant obsidibus, omissam repetit obsidionem. Heinricus Gislebertum et Ebrardum cum episcopis regni Lothariensis ad Rodulfum regem pro Heriberto dirigit, redditoque regi castello Theoderici, Hammus atque Perrona Heriberto conceduntur usque kal. Octobris. Arnulfus de Flandris filiam Heriberti olim sibi juramentis alterutro datis depactam sumit uxorem. Heribertus per Veromandensem pagum messes eorum qui se reliquerant, vel quibus Hugo ipsam terram dederat, colligens Barronam deduci facit.

Igneæ Remis in cœlo acies visæ sunt discurrere, et quasi serpens igneus, et quædam jacula ferri pridie idus Octobris mane ante lucis exortum. Mox subsecuta est pestis diversis afficiens humana corpora morbis. Diaconus quidam Virdunensis nomine Adelmarus languore depres-

subitement guéri : il avait été averti en songe de venir en ce lieu pour y recouvrer la vue.

Comme Héribert ne tenait aucun compte des ôtages qu'avaient donnés ses gens, le roi reprit avec Hugues le siége interrompu de Château-Thierry. Henri envoya au roi Gislebert et Evrard, avec des évêques de la Lorraine, pour parler en faveur d'Héribert : Château-Thierry fut rendu au roi ; Ham et Péronne furent cédés à Héribert, pour jusqu'aux calendes d'Octobre. — Arnoul, comte de Flandre, épouse la fille d'Héribert, qui lui avait été jadis fiancée par serments. — Héribert fait enlever dans le Vermandois les moissons de ceux qui l'avaient abandonné, ou qui tenaient leurs terres de Hugues, et fait conduire le tout à Péronne.

A Reims, la veille des ides d'Octobre, le matin, avant le lever de l'aurore, on vit le ciel traversé par des armées de feu, des javelots, et par une sorte de serpent enflammé. Bientôt après, survint une épidémie qui affligeait les hommes de différentes maladies.— Un diacre de Verdun, nommé Adelmar, était malade; il parut avoir

sus, spiritum visus est amisisse : sed antequam feretro imponeretur reversus, ita surrexit validus ut sibi nihil videretur ægritudinis fuisse perpessus. Qui se diversa suppliciorum vel refrigerii loca vidisse testatur, seque ipsum loco pœnali deputatum, Dei vero genitricis precibus, beato quoque Martino intercedente, ad agendam pœnitentiam præsenti vitæ redditum.

Gislebertus cum Lothariensibus in Franciam, Heriberto venit auxilio velut oppidum Sancti Quintini obsessurus. Sed antequam ad illud perveniret, missi Hugonis ei venientes obviam pacem inter Hugonem et Heribertum, dato utrimque jurejurando, usque ad Maium mensem pepigerunt, et Lotharienses regrediuntur ad sua.

Religio regulæ monachorum in quibusdam monasteriis per regnum Lothariense reparatur —

Et Emma regina defungitur.

ANNO DCCCCXXXV. Rodulfus rex quoddam castrum Gosfridi vocabulo Viriliacum, quod contra eum quidam

rendu l'esprit ; mais avant qu'on le mît au cercueil, il revint à lui, et se leva plein de force, comme s'il n'eût éprouvé aucun mal. Il assura qu'il avait vu les différents lieux de supplice et de rafraîchissement ; que lui était destiné au lieu de châtiment, mais que par les prières de la Mère de Dieu et par l'intercession de saint Martin, il avait été rendu à la vie pour faire pénitence.

Gislebert vint en France avec ses Lorrains, au secours d'Héribert, dans l'intention d'assiéger Saint-Quentin ; mais, avant qu'il y fût arrivé, les envoyés de Hugues vinrent au devant de lui ; Hugues et Héribert échangèrent des serments ; la paix fut conclue entre eux pour jusqu'au mois de Mai, et les Lorrains se retirèrent.

Dans plusieurs monastères de Lorraine, la règle est rétablie dans toute sa sévérité.

La reine Emma meurt.

(**AN 935**.) Le roi Raoul assiégea et prit un château nommé Viriliac, qui appartenait à Godefroi, et qui lui avait été enlevé par

Aquitanorum tenebant, obsidens cepit et Gosfrido reddidit, indeque in Franciam remeavit et Gosfridum trans Renum ad Heinricum direxit. Hoc rege Lauduni degente tumultus, ipso die sancto Paschæ, inter regios et episcopi milites exoritur, ubi nonnulli non modo laici, sed etiam clerici quidam vulnerati vel interempti sunt. Unde rex Suessionis placitum cum regni primatibus habuit. Deinde locutus cum missis Heinrici, ad ejus properat colloquium : ubi etiam Rodulfus rex Jurensis interfuit, pactaque inter ipsos amicitia etiam Heribertum cum Hugone pacarunt, redditis quibusdam suis eidem Heriberto possessionibus. Sed et Heinricus Bosone recepto, terram quam prius habuerat ei ex magna parte restituit.

Hungari per Burgundiam diffunduntur, prædisque, incendiis ac cædibus, non tamen diu debacchati, comperto Rodulfi regis adventu, in Italiam transmeant.

Artaldus archiepiscopus Wifredum quemdam monachum Tarwanensi ordinat ecclesiæ præsulem.

quelques Aquitains ; il le lui rendit. De là il revint en France, et envoya Godefroi vers Henri au delà du Rhin. Pendant que le roi était à Laon, dans la solennité même du saint jour de Pâques, il s'éleva entre les soldats du roi et ceux de l'évêque, une rixe dans laquelle, non-seulement des laïcs, mais aussi des clercs furent blessés ou tués. — Le roi tint ensuite un plaid à Soissons avec les grands du royaume. — Puis, après avoir conféré avec les envoyés d'Henri, il eut avec ce prince une entrevue, à laquelle assistait aussi Rodolphe, roi de la Bourgogne Transjurane (1). Ils firent alliance entre eux, achevèrent de réconcilier Hugues et Héribert, et firent rendre à ce dernier une partie de ses possessions. Henri reçut à hommage Boson, et lui restitua une grande partie de ses terres.

Les Hongrois se répandent dans la Bourgogne, y mettent tout au pillage, à feu et à sang ; mais ces ravages ne durent pas : aux approches du roi Raoul, ils passent en Italie.

(1) *Littéralement :* roi du Jura.

Rodulfus rex Divionum castrum quem Boso comes ceperat ejusque complices retinebant, obsidet.

Lotharienses cum quibusdam comitibus e Saxonia, Heriberti scilicet amicis, quasi ad colloquium Hugonis cum multo exercitu veniunt. Sed quia Hugo castellum Sancti Quintini Heriberto renuit reddere, ipsam munitionem obsident, belloque pressam tutantium tandem redditione recipiunt atque subvertunt, parantesque Laudunum obsidere, mandatu Rodulfi regis in propria revertuntur.

Interea Boso, frater Rodulfi regis, in expeditione obsidionis castri Sancti Quintini moritur, et delatus ad Sanctum Remigium sepelitur.

Rodulfus rex gravi per totum autumnum decubat ægritudine.

Nortmanni qui pagum Bituricensem deprædabantur, a Biturigensibus et Turonensibus bello aggressi perimuntur.

Synodus septem episcoporum apud Sanctam Macram

L'archevêque Artaud ordonne évêque de Térouane un moine nommé Wilfrid.

Le roi Raoul assiége Dijon, que Boson avait pris, et que ses partisans défendaient.

Les Lorrains vinrent avec quelques comtes Saxons, amis d'Héribert, et une nombreuse armée, connue pour conférer avec Hugues; mais sur le refus que fit celui-ci de rendre Saint-Quentin à Héribert, ils assiégèrent cette place, la prirent en forçant la garnison à se rendre, et la détruisirent. Ils se disposaient à attaquer Laon ; mais sur les instances du roi Raoul, ils se retirèrent chez eux

Cependant Boson, frère du roi, était mort au siége de Saint-Quentin ; il fut porté à Reims et enterré à Saint-Remi.

Le roi fut retenu au lit tout l'automne par une grave maladie.

Les Normands, qui ravageaient les environs de Bourges, furent attaqués et défaits par les habitants du Berri et de la Touraine.

Un concile de sept évêques fut tenu à Fismes, dans l'église de

domno Artaldo archiepiscopo præsidente celebratur, in qua prædones et ecclesiasticarum rerum pervasores ad correctionem venire vocantur.

ANNO DCCCCXXXVI. Ingrannus, Laudunensis ecclesiæ episcopus obiit.

Sub iisdem fere diebus rex Rodulfus defungitur, sepeliturque Senonis ad Sanctam Columbam, cujus ecclesia factione quorumdam paulo ante fuerat incensa.

Brittones a transmarinis regionibus Alstani regis præsidio revertentes terram suam repetunt.

Hugo comes trans mare mittit pro accersendo ad apicem regni suscipiendum Ludovico, Karoli filio, quem rex Alstanus avunculus ipsius, accepto prius jurejurando a Francorum legatis, in Franciam cum quibusdam episcopis et aliis fidelibus suis dirigit : cui Hugo et cæteri Francorum proceres obviam profecti, mox navim ingresso in

Sainte-Macre, sous la présidence du seigneur Artaud : on y cita les pillards et les envahisseurs des biens ecclésiastiques à donner satisfaction.

(AN 936.) Mort d'Ingramne, évêque de Laon.

Presque dans le même temps, le roi Raoul mourut et fut enterré à Sens, dans l'église de Sainte-Colombe, qui avait été brûlée peu de temps auparavant par des séditieux.

Les Bretons reviennent d'outre-mer se rétablir dans leur pays, avec l'ordre du roi Adelstan.

Le comte Hugues envoya de l'autre côté de la mer chercher Louis (1), fils de Charles, pour lui donner la couronne. Le roi Adelstan, son oncle maternel, après avoir reçu les serments des ambassadeurs français, fit passer le jeune prince en France avec plusieurs évêques et quelques-uns de ses fidèles. Hugues et les grands du royaume allèrent au devant du nouveau roi ; et comme il débarquait à Boulogne, ils se soumirent à lui sur la plage même, ainsi qu'il

(1) Louis d'Outre-Mer.

ipsis littoreis arenis apud Bononiam sese committunt, ut erat utrimque depactum, indeque ab ipsis Laudunum deductus, ac regali benedictione ditatus ungitur atque coronatur a domno Artaldo archiepiscopo præsentibus regni principibus cum episcopis viginti et amplius.

Episcopatus Laudunensis datur Rodulfo ejusdem loci presbytero a civibus concorditer electo, quique a domno Artaldo episcopus consecratur.

Rex et Hugo in Burgundiam pergunt et urbem Lingonum quam Hugo frater regis Rodulfi ceperat, obsident, fugientibusque his qui eam custodire videbantur, sine bello recipiunt, acceptisque obsidibus ab episcopis Burgundiæ vel primatibus Parisius veniunt.

Heinrico rege sub iisdem diebus obeunte, contentio de regno inter filios ipsius agitatur. Rerum tandem summa natu majori nomine Ottoni obvenit.

était convenu. Conduit à Laon, ce prince y reçut la bénédiction et l'onction royales, et fut couronné par l'archevêque Artaud, en présence des seigneurs du royaume et de plus de vingt évêques.

L'évêché de Laon fut donné à Raoul, prêtre de cette ville, qui avait été élu par le suffrage unanime des habitants; il fut sacré par le seigneur Artaud.

Le roi et Hugues passent en Bourgogne, assiégent la ville de Langres, dont Hugues, frère du roi Raoul (1), s'était emparé; ceux qui devaient la défendre s'étant enfuis, la ville est prise sans combat; les deux princes reçoivent les ôtages des évêques et des grands de Bourgogne, et reviennent à Paris.

Le roi Henri étant mort sur ces entrefaites, ces fils se disputèrent ses états; enfin l'empire échut à l'aîné, nommé Othon.

(1) Hugues, fils de Richard et frère du roi Raoul, est aussi nommé *Hugues-le-Noir; le Blanc* est le surnom de Hugues, fils de Robert (V. ci-dessous, ann. 939 et 940.)

Luna quarta decima sanguineo colore obducta pridie nonas Septembris noctem minime videbatur illustrare.

Johanne papa, fratre Albrici defuncto, Leo quidam Dei servus Romæ papa constituitur.

Hugo, Italiæ rex, Romam nisus capere, afflicto suo exercitu fame et equorum interitu, pacta tandem pace cum Albrico dans ei filiam suam conjugem ab obsidione desistit; repertisque quibusdam fratris sui Bosonis contra se, ut fertur, insidiis, eumdem fratrem suum dolo capit atque in custodia mittit.

Sarraceni in Alamanniam prædatum pergunt, et revertentes multos Romam petentes interimunt.

Hugo, filius Rotberti, cum Hugone filio Richardi, dispertita inter se Burgundia, pacem facit.

Adelelmus Silvanectensium præsul obiit.

ANNO DCCCCXXXVII. Silvanectensium præsul ordinatur Bernuinus ex cœnobio Sancti Crispini.

La veille des nones de Septembre (1), la lune, dans son plein, parut de couleur de sang ; elle ne donnait aucune clarté la nuit.

Le pape Jean, frère d'Alberic, meurt ; un serviteur de Dieu, nommé Léon (2), est élu en sa place.

Hugues, roi d'Italie, veut s'emparer de Rome ; mais la disette qui épuise son armée, et la perte de ses chevaux l'obligent à lever le siége ; il fait la paix avec Alberic en lui donnant sa fille en mariage. Il découvre un complot tramé contre lui par son frère Boson ; il surprend celui-ci par ruse, et le met en prison.

Les Sarrasins vont piller en Allemagne ; à leur retour, ils massacrent un grand nombre de pélerins qui allaient à Rome.

Hugues, fils de Robert, fait la paix avec Hugues, fils de Richard, en partageant avec lui la Bourgogne.

Mort d'Adelelme, évêque de Senlis.

(1) Le trois.

(2) Léon VII.

Walberto quoque, Noviomagensium præsule, defuncto succedit Fransmarus monasterii Sancti Vedasti præpositus.

Ludovicus rex ab Hugonis principis se procuratione separans, matrem suam Lauduni recepit. Hugo cum Heriberto pacatur. Heribertus castellum quod dicitur Theodorici, Walone sibi aperiente, recipiens, ipsum Walonem, cum jam suus esset effectus, in vincula conjicit.

Cæli pars ardere visa, et Hungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam insecuta est, qua villæ et agri depopulati, domus basilicæque conflagratæ, captivorum abducta multitudo. Nonnullas tamen ecclesias ignibus applicitis non valuere succendere. Ecclesiam Sanctæ Macræ, duabus etiam segetum metis, quæ parietibus pene ipsius adhærebant, exustis, accendere nequiverunt. In ecclesiam beati Basoli cum quidam Hungarorum ascendere super altare nitens aræ manum applicuisset, ipsa

(AN 937.) Bernuin, moine de Saint-Crépin, est ordonné évêque de Senlis.

Walbert, évêque de Noyon, meurt aussi ; il a pour successeur Transmar, prévôt de Saint-Vaast.

Le roi Louis se soustrait à la tutèle du prince Hugues, et reçoit sa mère à Laon. — Hugues fait la paix avec Héribert. — Celui-ci reprend Château-Thierry, dont Walon lui ouvre les portes, et malgré cet acte de soumission, il le fait jeter en prison.

Une partie du ciel parut en feu : ce fut de ce côté que tomba bientôt en France l'invasion des Hongrois ; les villages et les champs furent dévastés, les maisons et les églises brûlées, une multitude de personnes emmenées captives. Il y eut pourtant des églises qu'ils ne purent incendier, bien qu'ils y missent le feu. Ils avaient allumé près de l'église de Sainte-Macre (1) deux meules de grains qui touchaient presque aux murailles : l'église ne put être brûlée. Dans l'église de Saint-Basle (2), un Hongrois, voulant monter

(1) A Fismes.

(2) Auprès de Verzy.

manus ejus altaris adhæsit lapidibus, nec omnino quivit avelli, donec, cæteris Hungaris aræ saxum circa ipsam manum incidentibus, partem lapidis qui manui ejus inhæserat, in admirationem omnium perferre coactus est ethnicus. Quidam presbyter de Bovonis-Curte (sic enim villa vocatur ejus ecclesiæ), nomine Adalgarius, captus est ab eis, et abductus usque in pagum Biturigensem : qui cum esset in vinculis et compedibus ferreis, noctu visio cuidam concaptivo apparuit, jussumque est ut diceret eidem presbytero quatinus fugam caperet, ut se resolutum videret, pariterque cum visione catena ipsius reserata est. At ille mortem metuens quam barbarus ipsi sæpe minabatur si eum de fuga forte reprehendisset, catena sibi pedes revinciens, et seram quæ exilierat a compede requirens iterum munire sibi sera studuit vincula, non ausus evadere fuga. Nocte altera iterum visio præmemoratæ facta est captivæ, quæ presbyterum ad ineundam fugam roboraret, iterumque vincula ipsius resoluta sunt. Animatus

sur l'autel, y appuya la main ; mais cette main s'attacha aux pierres de l'autel, sans qu'il pût la retirer : il fallut que ses camarades sciassent la pierre autour de sa main ; et le payen fut obligé de porter ainsi partout ce fragment de pierre adhérent à sa main, à la grande admiration de tout le monde. — Un nommé Adalgaire, prêtre de Bouvancourt (c'est le nom d'un village de cette église), fut pris par les Hongrois, et emmené jusque dans le pays de Bourges. Comme il avait les fers aux pieds et aux mains, une de ses compagnes de captivité eut la nuit une vision : il lui fut ordonné de dire au prêtre de prendre la fuite, dès qu'il se verrait dégagé de ses liens ; et en même temps les chaines tombèrent. Mais lui, craignant la mort, dont les barbares l'avaient souvent menacé, si on venait à le reprendre, remit la chaîne à ses pieds, chercha le cadenas qui s'était détaché, et se mit à resserrer ses fers, n'osant s'échapper. La nuit suivante, la même captive eut une nouvelle vision, pour qu'elle encourageât le prêtre à s'évader ; et les liens se détachèrent encore. Enfin,

ad id tunc tandem presbyter fugam petiit, et in palude quadam diebus aliquibus latens, ubi præterisse barbaros comperit, patriam tum demum repetiit. Is nobis retulit quod viderit in hac captivitate quemdam Orbacensis cœnobii monachum nomine Hucbaldum, quem frequenter Ethnici trucidare voluerunt, nec carnem ejus incidere potuerunt. Deum ergo eum esse dicebant. Quidam, ut hic presbyter refert, nudum eum vidit in medio positum et sagittis undique appetitum, nec summotenus saltem cute præcisa vulneratum. Resiliebant enim ab ejus corpore, ut ab adamante, relisæ sagittæ, nec signum ictus ullum ejus apparebat in cute. Sed et gladio cum omni conatu eum nudum se vidisse percuti dicit, ac nihilominus caro ipsius intemerata permansit.

Brittones, ad sua loca post diutinam regressi peregrinationem, cum Nortmannis qui terram ipsorum contiguam sibi pervaserant, frequentibus dimicant præliis, superiores pluribus existentes et loca pervasa recipientes.

s'armant de courage, le prêtre s'enfuit, et se cacha plusieurs jours dans un marais. Dès qu'il sut que les barbares étaient partis, il regagna son pays. Lui-même nous a rapporté qu'il avait vu parmi les captifs un moine de l'abbaye d'Orbais, nommé Hucbald, que les payens avaient souvent voulu tuer sans pouvoir entamer sa chair; ils commençaient à dire que c'était un dieu. Une personne, dit le même prêtre, vit ce moine exposé nu en public, en butte à une grêle de flèches, sans qu'une seule pût lui faire une blessure : son corps, aussi dur que le diamant, repoussait les flèches émoussées ; et on ne voyait pas sur sa peau la marque d'un seul coup. Il dit l'avoir vu lui-même frappé à grands coups de sabre, sans que son corps fût endommagé.

Les Bretons, rentrés chez eux après une longue émigration, ont de fréquents combats avec les Normands, qui avaient envahi la partie limitrophe de leur pays ; ils sont plus d'une fois vainqueurs, et ils reprennent les terres usurpées.

Rodulfus Jurensis ac Cisalpinæ Galliæ rex obiit: cui filius parvus Conradus in regno succedit.

Abbo Suessorum præsul defungitur, et Wido, filius Fulconis Andegavensis, Sancti Martini Turonensis canonicus, ejus episcopatu potitur.

ANNO DCCCCXXXVIII rex Ludovicus quoddam castrum nomine Montiniacum quod quidam Serlus latrocinia exercens tenebat, vi cepit. Ipsum vero Serlum per deprecationem domni Artaldi archiepiscopi vita donavit et oppidum evertit.

Heribertum per deprecationem Hugonis ad pacem recepit.

Tusciacum super Mosam cum villis aliis ad ipsam pertinentibus, quas pater ipsius matri ejus dotis jure dederat, quasque Rotgarius comes tenebat, ipso reddente recepit, dum eas hostili manu repetiit. Inde revertens Corbenacum castellum quod pater ejus Sancto Remigio tradiderat, quodque pervaserat Heribertus, rex sibi a monachis

Rodolphe, roi de la Bourgogne Transjurane et de la Gaule Cisalpine, meurt ; son fils Conrad, encore enfant, lui succède.

Abbon, évêque de Soissons, meurt aussi ; Gui, fils de Foulques d'Angers, chanoine de Saint-Martin de Tours, obtient son évêché.

(AN 938.) Le roi Louis s'empara d'une place nommée Montigny, occupée par un certain Serle, qui exerçait le brigandage. Il fit grâce de la vie à Serle, à la prière de l'archevêque Artaud ; mais il détruisit la place.

Il accorda la paix à Héribert, à la demande de Hugues.

Tousy sur la Meuse, avec plusieurs villages qui en dépendaient, avait été donné à la mère de Louis par le roi Charles ; le comte Roger, qui détenait le tout, le rendit, quand le roi vint le réclamer à main armée. — A son retour, il prit d'assaut Corbény, dont les moines lui avaient confié le patronage : son père l'avait donné au monastère de Saint-Remi, et Héribert s'en était emparé ; il fit

commissum per vim recepit, et homines Heriberti qui erant in eo comprehensos, rogante domno Artaldo archiepiscopo, abire permisit.

Hugo princeps, filius Rotberti, sororem Ottonis regis Transrenensis, filiam Henrici ducit uxorem.

Ludovicus rex maritima loca petens, castrum quoddam portumque supra mare quem dicunt Guisum, restaurare nisus est : dumque cum Arnulfo moratur, homines Heriberti quoddam castrum Remensis ecclesiæ quod vocant Causostem super Maternam fluvium ab Artaldo præsule constructum, prodente Witperto quodam, capiunt, et Ragebertum qui eidem castro præerat secum abducunt, villasque circumpositas crebris deprædantur infestationibus. Interea Ludovicus rex evocatus ab Artaldo archiepiscopo regreditur, ingressusque Laudunum arcem novam nuper ab Heriberto inibi ædificatam obsidet, multisque machinis suffosso eversoque muro, cum magno tandem capit labore. Inde ad colloquium proficiscitur Hugonis, fratris quondam

prisonniers tous les hommes d'Héribert qui étaient dans le château, puis il les relâcha à la demande d'Artaud.

Le prince Hugues, fils de Robert, épousa la fille d'Henri (1), sœur d'Othon, roi d'Outre-Rhin.

Le roi Louis, s'étant rendu sur les côtes, travailla à restaurer le château et le port de Vissant. — Pendant qu'il était avec Arnoul, les gens d'Héribert prirent, par la trahison d'un certain Wipert, un château, nommé Causoste, qu'Artaud avait fait construire sur la Marne; ils emmenèrent prisonnier Ragebert, qui commandait dans cette place, et ravagèrent les environs. Louis, rappelé par Artaud, revint, entra dans Laon, et assiégea la nouvelle citadelle, récemment construite par Héribert ; les murailles minées et battues en brèche à force de machines, s'écroulèrent, et la citadelle fut prise, non sans grandes difficultés. Il partit ensuite pour conférer avec Hugues, frère du feu roi Raoul, laissant à la garde de Laon Odon, fils

(1) Hedwige, mère de Hugues-Capet.

Rodulfi regis, Odone, filio Heriberti, qui se illi nuper commiserat, ad Lauduni tutelam relicto. Præmissus vero Hugo ad regem venit, et amicitiam ei sacramento promittit. Gislebertus cum Lothariensibus Hugoni et Heriberto venit in adjutorium contra regem Ludovicum, castrumque Petræpontem vi capiunt. Arnulfus comes et Heribertus inter regem Ludovicum et Hugonem dilationem accipiunt, pacem sacramento paciscentes usque ad finem Januarii mensis. Nec mora, Ludovicus rex, consilio Odoini et Gerardi qui dimiserant Rodulfum episcopum Laudunensem et transierant ad Hugonem, res vel thesauros Lauduni repertos diripit atque dispertit.

ANNO DCCCCXXXIX Ludovicus rex Hugoni, filio Richardi, proficiscitur obviam. Cum quo de Burgundia revertens, pergit contra Hugonem filium Roberti et Willelmum Nortmannorum principem : qui, quoniam villas nuper Arnulfi comitis quasdam prædis incendiisque vastaverat, excommunicatur ab episcopis qui erant cum rege simul cum

d'Héribert, qui s'était soumis à lui. Hugues vint au devant du roi et lui jura amitié. — Gislebert vint avec les Lorrains secourir Hugues (1) et Héribert contre le roi; et ils s'emparèrent de Pierrepont. Le comte Arnoul et Héribert ménagèrent une trève entre Louis et Hugues, et la paix fut conclue par serments pour jusqu'à la fin de Janvier. Aussitôt le roi, par le conseil d'Odouin et de Gérard, qui avaient abandonné Raoul, évêque de Laon, pour embrasser le parti de Hugues, surprit le trésor de la ville de Laon, et le partagea entre les siens.

(AN 939.) Le roi Louis vint au-devant de Hugues, fils de Richard, puis revenant avec lui de Bourgogne, il marcha contre Hugues, fils de Robert, et Guillaume, duc de Normandie. Ce dernier fut excommunié par les évêques qui suivaient le roi, pour avoir pillé et incendié quelques domaines du comte Arnoul; Héribert le fut aussi pour avoir envahi et gardé avec obstination des

(1) Hugues-le-Blanc.

Heriberto, qui oppida quædam villasque Sancti Remigii pervasas pertinaciter detinebat. Hugo datis obsidibus pacem paciscitur usque Kal. Jun.

Bernuinus, Virdunensis episcopus, obiit.

Lotharienses Ottonem suum regem deserunt et ad Ludovicum regem veniunt, qui eos recipere distulit ob amicitiam quæ inter eos, legatis ipsius Ottonis et Arnulfo comite mediante, depacta erat.

Castellum Herluini maritimum quod vocatur Monasteriolum, comes Arnulfus, tradente quodam proditore, cepit et uxorem ipsius Herluini trans mare cum filiis ad Alstanum regem mittit. Nec longum, collecta Nortmannorum non modica manu, Herluinus castrum pugnando recepit, et ex militibus Arnulfi quos intus invenit, nonnullos interemit, quosdam vero propter uxorem recipiendam reservavit.

Lotharienses iterum veniunt ad regem Ludovicum, et proceres ipsius regni, Gislebertus scilicet dux et Otto, Isaac

places et des terres de l'abbaye de Saint-Remi. Hugues donna des ôtages, et obtint la paix pour jusqu'aux calendes de Juin.

Mort de Bernuin, évêque de Verdun.

Les Lorrains, abandonnant le roi Othon, vinrent s'offrir à Louis; mais il refusa de recevoir leur hommage, à cause de l'alliance qui avait été conclue entre les deux rois par la médiation des ambassadeurs d'Othon et du comte Arnoul.

Ce dernier prit par trahison le château de Montreuil-sur-Mer, appartenant à Herluin; et il fit passer de l'autre côté du détroit la femme d'Herluin avec ses fils, qu'il confia au roi Adelstan. Peu de temps après, Herluin, ayant rassemblé une troupe considérable de Normands, reprit son château, saisit les soldats qu'Arnoul avait laissés dans la place, en fit mourir une partie, et réserva l'autre pour la rançon de sa femme.

Les Lorrains vinrent de nouveau s'offrir au roi Louis; les principaux chefs du pays, c'est-à-dire le duc Gislebert, les

atque Theodericus comites eidem se regi committunt. Episcopi vero, quoniam rex Otho eorum secum detinebat obsidatum, Ludovico regi se committere differunt. Otto rex Reno transmisso regnum Lothariense perlustrat, et incendiis prædisque plura loca devastat.

Anglorum classis ab Alstano rege suo in auxilium Ludovici regis transmissa, mari transito, loca quæque Morinorum mari deprædatur contigua, nulloque negotio propter quod venerant peracto, remenso mari, propria repetunt loca.

Otto rex colloquium habuit cum Hugone et Heriberto, Arnulfo, et Willelmo Nortmannorum principe, et acceptis ab eis pacti sacramentis trans Renum regreditur.

Rex interea Ludovicus Virdunensem pagum petit, ubi quidam regni Lothariensis episcopi sui efficiuntur : indeque in pagum proficiscitur Elisatium, locutusque cum Hugone Cisalpino et quibusdam ad se venientibus receptis Lothariensibus, nonnullis quoque Ottonis regis fidelibus trans Renum fugatis, Laudunum revertitur, et Rodulfum Lau-

comtes Othon, Isaac et Thierry, lui firent hommage. Les évêques refusèrent de suivre cet exemple, parce que leurs ôtages étaient entre les mains d'Othon. Celui-ci passa le Rhin et parcourut la Lorraine, désolant le pays par le pillage et l'incendie.

Une flotte anglaise, envoyée par le roi Adelstan au secours de Louis, traversa la mer, et vint ravager les côtes de la Morinie ; les Anglais repassèrent le détroit sans avoir rien fait de ce qui les avait amenés, et ils rentrèrent dans leurs foyers.

Le roi Othon eut une entrevue avec Hugues, Héribert, Arnoul et Guillaume, duc de Normandie ; ils firent un traité par serments, et Othon repassa le Rhin.

Louis passe dans le pays de Verdun, où quelques évêques de Lorraine se donnent à lui : de là il se rend en Alsace, confère avec Hugues de la Gaule Cisalpine, reçoit quelques Lorrains qui lui font hommage, et repousse au delà du Rhin plusieurs fidèles d'Othon ; il revient à Laon, chasse de la ville l'évêque Raoul accusé

dunensem episcopum proditione insimulatum castro ejicit, sed et homines ipsius rebus episcopii privat, et easdem res suis hominibus confert.

Gislebertus, dux Lothariensium, trans Renum profectus prædatum, Saxonibus se, dum revertitur, insequentibus, in Renum fertur desiluisse cum equo ibique vi enecatus undarum postea reperiri non potuit, ut fertur. Quidam tamen ferunt quod a piscatoribus sit repertus et humatus, atque propter spoliorum ipsius ornamenta celatus.

Ludovicus rex in regnum Lothariense regressus relictam Gisleberti Gerbergam ducit uxorem, Ottonis scilicet regis sororem.

Collecta diversorum hominum quæ Romam petebat, a Sarracenis pervasa et interempta est.

Brittones cum Nortmannis confligentes victoria potiuntur, et quoddam Nortmannorum castellum cepisse feruntur.

Quidam homines Arnulfi terram Herluini deprædantes, ab eodem Herluino perempti sunt.

de trahison, retire aux vassaux du prélat les fiefs de l'évêché, et les donne aux siens.

Gislebert, duc de Lorraine, était allé piller au delà du Rhin; poursuivi à son retour par les Saxons, il se jeta dans le Rhin à cheval, et périt emporté par les eaux. On dit qu'on ne put retrouver son corps; mais d'autres assurent qu'il fut trouvé et enterré par des pêcheurs qui tinrent ce fait caché, à cause de la richesse de ses dépouilles.

Le roi Louis, revenu en Lorraine, épousa Gerberge, veuve de Gislebert, et sœur du roi Othon.

Une troupe d'hommes de différents pays, qui se rendait à Rome, fut surprise et massacrée par les Sarrasins.

Les Bretons, en guerre avec les Normands, sont victorieux: on dit qu'ils ont pris un fort à leurs ennemis.

Des gens d'Arnoul, qui ravageaient les terres d'Herluin, sont exterminés par ce seigneur.

Otto rex in regnum Lothariense regrediens, pene cunctos ad se redire coegit Lotharienses.

Hugo Albus ad ejus proficiscitur cum Heriberto colloquium, et revertentes loca quædam fidelium Remensis ecclesiæ deprædantur incenduntque nonnulla.

ANNO DCCCCXL Berengarius Virdunensis episcopus consecratur ab Artaldo Remensi archiepiscopo.

Rex Ludovicus abiit obviam Willelmo principi Nortmannorum, qui venit ad eum in pago Ambianensi et se illi commisit. At ille dedit ei terram quam pater ejus Karolus Nortmannis concesserat, indeque contra Hugonem perrexit. Quo ad se venire detrectante, revertitur Laudunum.

Dedit autem rex Artaldo episcopo ac per eum ecclesiæ Remensi per præceptionis regiæ paginam Remensis urbis monetam jure perpetuo possidendam. Sed et omnem comitatum Remensem eidem contulit ecclesiæ. Artaldus episcopus Causostem munitionem obsidet, quam quinto tamen

Le roi Othon, rentré en Lorraine, force presque tous les habitants à revenir à lui.

dinis habere visum, cujus lumine ad depellendas noctis tenebras sufficienter perfuncti sunt qui funus ejus deducebant, talique potiti solamine, per millia fere, ceu fertur, ducenta, Turonicam usque corpus ejus perferunt urbem : quodque, in monasterio Sancti Juliani quod idem vir sanctus summa instituerat religione, juxta sepulchrum domni Odonis reverenter humatur, et exinde ipsum templum divinis illustrari miraculis declaratur.

Dum rex Ludovicus moraretur Rodomi, Haigroldus Nortmannus qui Baiocis præerat, mandat ei quod ad eum venturus esset condicto tempore vel loco, si rex ad illum locum accederet. Veniente denique rege cum paucis ad locum denominatum, Haigroldus cum multitudine Nortmannorum armatus advenit, invadensque socios regis, pene cunctos interimit. Rex solus fugam iniit prosequente se Nortmanno quodam sibi fideli, cum quo Rodomum

cette lumière suffit pour chasser les ténèbres de la nuit, et pour éclairer ceux qui accompagnaient ses restes : consolés par ce prodige, ils portèrent son corps l'espace, dit-on, d'environ deux cents milles, jusqu'à la ville de Tours, où il fut inhumé auprès du seigneur Odon, dans le monastère de Saint-Julien, que la piété de ce prélat avait fondé. Depuis ce temps, on dit que l'église est glorifiée par d'éclatants miracles.

Tandis que le roi Louis était à Rouen, le normand Haigrold, qui commandait à Bayeux (1), lui fit dire qu'il viendrait à lui dans un temps et un lieu convenus, si lui aussi acceptait ce rendez-vous; le roi se rendit au lieu indiqué avec une faible suite, Haigrold y arriva en armes avec une multitude de Normands; il se jeta sur ceux qui accompagnaient le roi, et les tua presque tous. Le roi s'échappa presque seul, suivi d'un normand qui lui était fidèle; il arriva avec lui à Rouen; mais il y fut arrêté par d'autres normands qu'il croyait de son parti, et il fut mis en prison.

(1) Dudon (*Histoire des premiers Ducs de Normandie*) fait arriver Haigrold du Nord.

veniens, comprehensus est ab aliis Nortmannis, quos sibi fideles esse putabat, et sub custodia detentus.

Hugo quoque rex Italiæ regno depulsus a suis, et filius ipsius in regnum susceptus est.

Hugo præsul Altmontem castrum obsidens, post septem fermeo bsidionis ebdomadas recipit, reddente illud Dodone, tali sub tenore, ut filium ipsius et filium fratris sui suscipiens, idem episcopus concederet eis terram patrum suorum.

Hugone duce de regis ereptione laborante, Nortmanni filios ipsius regis dari sibi obsides quærunt, nec aliter regem se demissuros asserunt. Mittitur igitur ad reginam pro pueris. Illa minorem mittens, majorem fatetur se non esse missuram. Datur igitur minor, et, ut rex dimittatur, Wido Suessorum episcopus sese obsidem tradit. Dimissus itaque rex a Nortmannis suscipitur ab Hugone principe; quique committens eum Tetbaldo

Hugues, roi d'Italie, est détrôné par ses sujets, et son fils (1) est couronné à sa place.

L'archevêque Hugues assiégeait le château d'Omont; la place lui fut rendue par Dodon, après sept semaines de siége, à condition que l'archevêque prendrait sous sa protection son fils et son neveu, et leur rendrait l'héritage paternel.

Le prince Hugues travaillait à retirer le roi des mains des Normands; ceux-ci demandaient pour ôtages les deux fils du roi, ajoutant qu'ils ne le rendraient qu'à cette condition. On envoie demander les enfants à la reine; cette princesse accorde le plus jeune et déclare qu'elle ne se séparera pas de l'aîné. On donne donc le plus jeune, et Gui, évêque de Soissons, s'offre en ôtage, pour obtenir la liberté du roi. Ce prince est rendu par les Normands, et remis à Hugues, qui le donne en garde à Thibaud (2), son vassal, et

(1) Lothaire.

(2) Thibaud, comte de Chartres, de Blois.

cuidam suorum proficiscitur Ottoni regi obviam. Qui rex nolens loqui cum eo, mittit ad eum Conradum, ducem Lothariensium, cum quo locutus Hugo, infensus Ottoni regi revertitur.

Richario, Tungrensium præsule, defuncto, idem episcopium rex Otto Hugoni, abbati monasterii Sancti Maximini, nolenti atque refugienti dedit, eumque ordinari fecit episcopum, et ita remeat trans Renum.

In pago Parisiacensi, necnon etiam per divisos circumquaque pagos, hominum diversa membra ignis plaga pervaduntur, quæque sensim exusta consumebantur, donec mors tandem finiret supplicia. Quorum quidam, nonnulla sanctorum loca petentes, evasere tormenta : plures tamen Parisius in ecclesia Sanctæ Dei Genitricis Mariæ sanati sunt, adeo ut quotquot illo pervenire potuerint, asserantur ab hac peste salvati : quos Hugo quoque dux stipendiis aluit quotidianis. Horum dum quidam vellent

va à la rencontre du roi Othon. Celui-ci refuse de le voir, et lui envoie Conrad, duc de Lorraine; Hugues confère avec ce dernier, et revient irrité contre Othon.

Après la mort de Richaire, évêque de Tongres, le roi Othon donne l'évêché à Hugues, abbé de Saint-Maximin, malgré ses refus et sa résistance, et le fait sacrer évêque ; puis il retourne au delà du Rhin.

Dans le Parisis et les pays environnants, plusieurs personnes eurent les membres atteints d'une sorte de plaie brûlante (1), qui les consumait peu à peu, jusqu'à ce que la mort finît leur supplice. Plusieurs échappèrent à ces tourments en visitant quelques saints lieux. La plupart furent guéris dans l'église de Notre-Dame-de-Paris ; et l'on assure que tous ceux qui purent y parvenir furent délivrés de cette maladie. Le prince Hugues pourvoyait à leur nourriture par des aumônes quotidiennes. Quelques-

(1) Le mal des *Ardents*, ou le *Feu sacré*, qui sévit encore en 1130.

ad propria redire, extincto refervescunt incendio, regressique ad ecclesiam liberantur.

ANNO DCCCCXLVI quidam motus inter filios Heriberti agitantur pro hereditatum distributione suarum, qui tamen, Hugone principe avunculo ipsorum mediante, pacantur, divisis sibi, prout eis competens visum est, rebus.

Hugo, rex Italiæ, a suis in regnum recipitur.

Edmundus, Anglorum rex, legatos ad Hugonem principem pro restitutione Ludovici regis dirigit, et idem princeps proinde conventus publicos cum nepotibus suis aliisque regni primatibus agit.

Marinus papa decessit, cui successit Agapitus; et pax inter Albericum patricium et Hugonem regem Italiæ depaciscitur.

Hugo, dux Francorum, accito secum Hugone Nigro, filio Richardi, ceterisque regni primatibus, Ludovicum

uns, en retournant chez eux, furent atteints de nouveau par le mal, ils furent guéris en revenant à l'église.

(AN 946.) Il y eut quelques discussions entre les fils d'Héribert pour le partage de la succession; ils se réconcilièrent par la médiation du prince Hugues, leur oncle, et se partagèrent leurs biens à l'amiable.

Hugues, roi d'Italie, est rétabli par ses sujets.

Edmond, roi d'Angleterre, envoie des ambassadeurs au prince Hugues, pour l'engager à relâcher le roi Louis; Hugues tient à ce sujet plusieurs conférences avec ses neveux et les autres seigneurs du royaume.

Le pape Marin meurt, Agaget lui succède (1); et la paix se conclut entre le patrice Albéric et Hugues, roi d'Italie.

Hugues, duc de France, ayant réuni Hugues-le-Noir, fils de Richard, et les grands du royaume, rétablit sur le trône le roi Louis,

(1) Agapet II.

regem, qui fere per annum sub custodia detinebatur apud Tetbaldum comitem, in regnum restituit, recepto Lauduno castro, quod regina Gerberga tenebat, et eidem Tetbaldo commisso. Qui dux Hugo renovans regi Ludovico regium honorem vel nomen, ei sese cum ceteris regni committit primoribus.

Edmundus rex transmarinus defungitur. Uxor quoque regis Ottonis, soror ipsius Edmundi, decessit.

Regina Gerberga nuper ad Ottonem regem fratrem suum legationem direxerat, auxilium deposcens ab eo. Qui maximum colligens ex omnibus regnis suis exercitum venit in Franciam, Conradum quoque secum habens Cisalpinæ Galliæ regem. Quibus rex Ludovicus obviam profectus, satis amicabiliter et honorifice suscipitur ab eis, sicque pariter Laudunum venientes, considerataque castri firmitate deverterunt ab eo, Remensem aggredientes urbem, quam cingentes obsidione, ingenti vallarunt exercitu. Videns autem Hugo præsul obsidionem se tolerare non posse, neque tantæ resistere multitudini, locutus est cum

qui était depuis près d'un an sous la garde de Thibaud. Il reçut en échange le château de Laon, que tenait la reine Gerberge, et il le confia à ce même Thibaud. En rendant à Louis la dignité, ou au moins le nom de roi, Hugues lui fit hommage avec les autres princes du royaume.

Edmond, roi d'Angleterre, meurt, ainsi que sa sœur (1), épouse du roi Othon.

La reine Gerberge avait envoyé, quelque temps auparavant, une députation à Othon, son frère, pour lui demander du secours; celui-ci rassembla une nombreuse armée dans tous ses états, et vint en France, accompagné de Conrad, roi de la Gaule Cisalpine. Louis alla au devant d'eux, et fut accueilli d'une manière à la fois amicale et honorable. Ils vinrent ensemble jusqu'à Laon; mais, considérant la force de cette place, ils se retirèrent pour aller assiéger Reims, qu'ils bloquèrent et investirent de toutes parts.

(1) Elle se nommait *Edith*.

quibusdam principibus qui videbantur sibi esse amici, videlicet cum Arnulfo, qui ejus sororem, et Uddone, qui amitam ipsius habebat uxorem, sed et cum Herimanno Uddonis fratre; quæsivit ab eis quid sibi foret agendum. Qui tale consilium dederunt ei, ut egrederetur cum suis et relinqueret urbem, quia id dispositum a regibus erat ut omnimodis expelleretur, neque intervenire possent apud reges pro ipso quin eruerentur ei oculi, si urbem vi capi contigisset. Quo consilio percepto ac suis intimato, post tertiam obsidionis diem, cum pene cunctis qui secum tunc aderant militibus egressus est. Sicque reges cum episcopis et principibus ingredientes urbem, domnum Artaldum præsulem, qui dudum fuerat ejectus, iterum intronizari fecerunt. Quem Rotbertus Treverensis archiepiscopus et Fredericus Magonciacensis accipientes utraque manu eidem sedi restituerunt. Deinde relinquentes Gerbergam reginam Remis, ipsi reges cum exercitibus suis terram Hugonis aggrediuntur, et urbem Silvanectensem obsidentes, ut viderunt munitissimam, nec eam valentes

L'archevêque Hugues, voyant qu'il ne pouvait soutenir le siége ni résister à une telle multitude, prit conseil de quelques seigneurs qui lui paraissaient dévoués, c'est-à-dire Arnoul, qui avait épousé sa sœur ; Gui, qui avait épousé sa tante, et Hérimon, frère de Gui ; il leur demanda ce qu'il avait à faire. Ceux-ci lui conseillèrent de sortir avec ses gens, et de quitter la ville, parce que le projet des rois était de l'expulser de toute manière ; et leur intervention auprès de ces princes ne pourrait empêcher qu'on ne lui crevât les yeux, si la ville était prise d'assaut. D'après cet avis, qu'il communiqua aux siens, Hugues sortit le troisième jour du siége, avec presque tous ses soldats. Les rois entrèrent dans la ville avec les évêques et les seigneurs, et réinstallèrent Artaud, qui avait été si longtemps dépossédé. Robert, archevêque de Trèves, et Frédéric, archevêque de Mayence, le prenant chacun par une main, le replacèrent sur le siége épiscopal. — Les rois, laissant à Reims la reine Gerberge, envahirent les terres de Hugues avec leurs armées, et assiégèrent Senlis ; mais, voyant cette ville trop bien fortifiée

expugnare, cæsis quibusdam suorum, dimiserunt : sicque trans Sequanam contendentes, loca quæque præter civitates gravibus atterunt prædationibus, terramque Nortmannorum peragrantes, loca plura devastant ; indeque remeantes regrediuntur in sua.

Deroldus, Ambianensium præsul, vita decedit.

ANNO DCCCCXLVII Hugo princeps, moto exercitu, in Arnulfi terram proficitur, obsidetque quasdam munitiones ipsius, nulloque patrato prout speravit negotio, revertitur in sua.

Rex quoque Ludovicus cum quibusdam Lothariensibus Mosomum, quod Hugo præsul Remis ejectus retinebat, obsedit : sed nec ipse quippiam pro votis efficiens, recedentibus tandem post mensem Lothariensibus, ipse Remos regreditur.

Bovo, Catalaunensis episcopus, obiit : eliguntque sibi Catalaunenses quemdam nobilem adolescentem clericum, nomine Gibuinum.

pour qu'ils pussent la prendre, ils l'abandonnèrent, après avoir perdu quelques soldats. Ils passèrent la Seine, commirent de grands dégâts dans tout le pays à l'exception des villes ; ils parcoururent la Normandie, portant avec eux le ravage ; enfin ils revinrent sur leurs pas et rentrèrent chez eux.

Mort de Dérold, évêque d'Amiens.

(AN 947.) Le prince Hugues, ayant levé une armée, marche sur les terres d'Arnoul, assiége quelques-unes de ses places : puis il revient chez lui, sans avoir rien fait de ce qu'il désirait.

Le roi Louis assiégeait, avec quelques Lorrains, la ville de Mouzon, que retenait Hugues, l'archevêque chassé de Reims ; mais, comme le succès ne répondit pas à ses désirs, et que les Lorrains le quittèrent au bout d'un mois, il revint à Reims.

Bovon, évêque de Châlons, mourut, et les habitants firent choix d'un jeune clerc de noble naissance, nommé Gibuin.

Ludovicus rex Aquis Pascha cum Ottone rege celebrat, et regiis honoratur ab eo muneribus.

Hugo princeps a quibusdam præsumptiose persuasus, Remensem cum Hugone præsule, quasi mox capturus, aggreditur urbem, frustratoque voto resistentibus fidelibus regis et Artaldi archiepiscopi, octavo postquam advenerant die, illusi recedunt.

Hugo præsul, adnitente avunculo suo Hugone, ordinat Ambianis episcopum Tetbaldum quemdam, ecclesiæ Suessionicæ clericum.

Ludovicus rex, expetente Arnulfo comite, Atrabatem proficiscitur cum Artaldo episcopo : indeque cum Arnulfo ad obsidendum Monasteriolum, castrum Rotgarii, filii Herluini, progrediuntur, postque laborem inefficacem pluriumque mortes suorum, spe privati regrediuntur ad propria.

Tempestas magna Remis effusa est per unius omne noctis spatium cum coruscationibus continuis et terræ

Le roi Louis célébra la fête de Pâques à Aix avec le roi Othon, et reçut de lui de riches présents.

Le prince Hugues, poussé par des conseils téméraires, vint attaquer la ville de Reims avec l'évêque Hugues, croyant la prendre sans difficulté ; mais ils furent déçus dans leur attente : les gens du roi et ceux de l'archevêque Artaud opposèrent une telle résistance, que le huitième jour les assaillants se retirèrent confus.

Hugues le prélat, à l'instigation de son oncle, ordonna évêque à Amiens un nommé Thibaud, clerc de l'église de Soissons.

Sur la demande du comte Arnoul, le roi se rendit à Arras avec l'archevêque Artaud ; de là il alla avec Arnoul assiéger Montreuil, château de Roger, fils d'Herluin ; mais après de vains efforts et des pertes considérables, ils revinrent chez eux sans espoir.

Il y eut à Reims, pendant toute une nuit, une grande tempête, avec des éclairs continuels et un tremblement de terre, tellement

motu, adeo ut putei replerentur, et domus nonnullæ subverterentur.

Conventus placiti regum Ludovici et Ottonis super Charam fluvium, intrante mense Augusto, celebratur; Hugone principe circa Mosomum et Duodeciacum castra metató, ubi res litis inter Artaldum et Hugonem Remensis ecclesiæ præsules ab episcopis auditur. Et quia synodus tunc convocata non fuerat, altercatio determinari non potuit. Synodus autem circa medium mensis Novembris habenda denunciatur. Interim vero sedes Remensis Artaldo conceditur. Hugo alter præsul in Mosomo commorari permittitur. Treugæ vel induciæ belli inter regem Ludovicum et Hugonem principem usque ad synodi tempus, Ottone rege mediante, disponuntur.

Heriveus, nepos Herivei quondam archiepiscopi, habens munitionem quam ædificaverat citra Maternam fluvium, villas circumquaque deprædabatur Remensis episcopii, excommunicatus ab Artaldo præsule pro his quas

que les puits furent remplis et que plusieurs maisons s'écroulèrent.

Les rois Louis et Othon tinrent leur plaid sur la rivière de Chier, au commencement du mois d'août. Le prince Hugues était campé entre Mouzon et Douzy. Les sujets de contestation entre les prétendants à l'archevêché de Reims furent entendus par les évêques; mais, comme on n'avait pas convoqué de concile, le différend ne pût être terminé. La tenue du concile fut indiquée pour le milieu de Novembre; en attendant, le siége de Reims fut adjugé à Artaud, et Hugues, l'autre prélat, fut autorisé à demeurer à Mouzon. Une trêve fut conclue, par la médiation du roi Othon, entre le roi Louis et le prince Hugues, pour jusqu'au temps du concile.

Hérivée, neveu du défunt archevêque de même nom, possédait un château qu'il avait bâti en deçà de la Marne, d'où il dévastait les terres de l'évêché de Reims; il fut excommunié par l'archevêque Artaud, à cause de ses usurpations. Le comte Rainold et Dodon, frère de l'archevêque, firent un jour une sortie contre ces

invaserat ecclesiæ rebus: contra cujus prædones egressi quadam die Ragenoldus comes et Dodo, frater ipsius præsulis, cum quibusdam ecclesiæ militibus, ipsos grassatores in fugam agunt. Quo audito idem Heriveus, armatis his quos secum habebat militibus, a munitione sua egressus contra nostros ad pugnam, et congressus cum eis, interemptus est cum quibusdam suorum : ceteri omnes in fugam versi sunt, vulneratis ex utraque parte nonnullis. Corpus ejusdem Remos a victoribus perlatum est. Hugo præsul assumens secum Tetbaldum de Lauduno cum aliis nonnullis malefactoribus, in Culmiciacum ceterasque contiguas villas tempore vindemiæ venit. Qui omne pene vinum ex his colligentes, in diversos pagos abducunt.

Synodus prædicta Virduni habita est, præsidente Rotberto Treverensi præsule cum Artaldo Remensi, Odalrico Aquensi, Adalberone Mettensi, Goslino Tullensi, Hildebaldo Transrhenensi Mirnegardo vurdensi, Israhele Brittone,

pillards, avec quelques milices de l'église de Reims, et les mirent en fuite. Hérivée l'ayant appris, arma les soldats qui étaient avec lui, sortit de son château pour combattre les nôtres, les attaqua et fut tué avec plusieurs des siens ; les autres furent dispersés : il y eut quelques blessés de part et d'autre. Le corps d'Hérivée fut porté à Reims par les vainqueurs. Hugues le prélat, accompagné de Thibaud de Laon (1) et de quelques autres malfaiteurs, vint à Cormicy et dans les pays voisins, au temps de la vendange ; ils saisirent presque tout le vin et l'emportèrent en différents endroits.

Le concile indiqué se tint à Verdun, sous la présidence de Robert, archevêque de Trêves ; là se trouvaient Artaud de Reims, Odalric d'Aix, Adalberon de Metz, Goslin de Toul (2), Hildebald

(1) Ou plutôt de Montaigu.

(2) M. Guizot, en traduisant *Goslin de Tulle*, a oublié que le siége de Tulle ne fut érigé qu'en 1317.

præsente Brunone abbate fratre regis Ottonis, Agenoldo quoque et Odilone cum aliis quibusdam venerandis abbatibus. Ad quam Hugo episcopus evocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum episcopis Adalberone et Goslino, venire noluit. Universa vero synodus domno Artaldo Remense tenendum adjudicavit episcopium. Indicitur iterum synodus idus januarii habenda.

ANNO DCCCCXLVIII synodus prædicta celebratur in ecclesia Sancti Petri, ante prospectum castri Mosomi, a domno Rotberto ceterisque Treverensis dioceseos episcopis et aliquibus Remensis. Veniens autem illuc Hugo præsul et locutus cum Rotberto, synodum noluit ingredi, litteras vero quasdam ex nomine Agapiti papæ misit ad episcopos per clericum suum qui eas Roma detulerat, nihil auctoritatis canonicæ continentes, hoc tantum præcipientes ut Hugoni Remense redderetur episcopium. Quibus lectis ineuntes episcopi consilium cum

de Munster Outre-Rhin, Israël de Bretagne, ainsi que Brunon, frère du roi Othon, Agenold et Odilon (1), et d'autres vénérables abbés. Hugues, l'autre prélat, y avait été invité, et deux évêques, Adalberon et Goslin, avaient été députés pour l'amener; mais il refusa de s'y rendre. Le concile, à l'unanimité, adjugea le siége de Reims à Artaud; un autre concile fut indiqué pour les ides de Janvier (2).

(**AN 948.**) Ledit concile fut célébré dans l'église de Saint-Pierre, vis-à-vis de Mouzon, par le seigneur Robert et les autres évêques de la province de Trèves, et quelques-uns de celle de Reims. L'évêque Hugues y vint conférer avec Robert, mais il ne voulut pas assister au concile. Il envoya aux évêques une lettre du pape Agapet, qu'un de ses clercs avait rapportée de Rome; cette lettre ne contenait aucune décision canonique, elle prescrivait seulement de

(1) Agenold, abbé de Gorze, et Odilon, abbé de Stavelo.

(2) Le treize Janvier.

abbatibus et ceteris sapientibus qui aderant, responderunt : non esse dignum vel congruum ut mandatum legationis Apostolicæ, quam dudum Rotbertus archiepiscopus, deferente Frederico præsule Maguntiacensi coram regibus et episcopis tam Galliæ quam Germaniæ, susceperat, et partem jam præceptionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitteret, quas insidiator Artaldi præsulis exhibebat : immo quod regulariter cæptum fuerat, canonice pertractaretur. Sicque præceptum est ut recitaretur capitulum XIX Carthaginiensis concilii *De accusato et accusatore*. Quo recitato judicatum est secundum definitionem ipsius capituli, ut, Artaldo præsule retinente communionem et parochiam Remensem, Hugo, qui ad duas jam synodos evocatus venire contempserat, a communione et regimine Remensis episcopii abstineret, donec ad universalem synodum quæ indicebatur kalend. Augusti, sese purgaturus occurreret. Ipsumque capitulum mox in carta describi fecerunt

rétablir Hugues sur le siége de Reims. Après qu'on en eut fait lecture, les évêques délibérèrent entre eux avec les abbés et les autres docteurs qui se trouvaient là ; la décision fut qu'il n'était ni juste ni convenable que la commission de légat apostolique donnée depuis longtemps à Robert, en présence des rois et des évêques de France et de Germanie, par l'entremise de Frédéric, archevêque de Mayence, et déjà en partie exécutée, fût suspendue à cause d'une lettre montrée par l'ennemi d'Artaud; que d'ailleurs il fallait terminer canoniquement ce qui avait été commencé selon les règles. On ordonna de lire le chapitre 19 du quatrième concile de Carthage, *De l'accusateur et de l'accusé*. Après cette lecture, il fut décidé, conformément aux dispositions de ce chapitre, qu'Artaud demeurerait dans la communion, et serait maintenu en possession du diocèse de Reims, tandis que Hugues, qui, invité à deux conciles, avait dédaigné de s'y rendre, serait exclus de l'administration de cet évêché, et même privé de la communion, jusqu'à ce qu'il fût venu se justifier devant un concile national, qui fut indiqué pour les calendes d'Août. Les évêques firent aussitôt écrire en leur présence le chapitre précité, y ajoutèrent au bas leur décision, et

episcopi coram se, subnectentes hanc etiam definitionem suam, et eidem Hugoni miserunt. Qui, post alteram diem, eamdem cartam Rotberto præsuli remisit hoc verbis remandans, quod ipsorum judicio nequaquam obediturus esset.

Arnulfus comes castrum Monasteriolum, favente Hugone principe, capit.

Interea proclamationis litteræ a domno Artaldo diriguntur ad sedem Romanam. Domnus igitur Agapitus papa vicarium suum Marinum episcopum mittit ad Ottonem propter evocandam et aggregandam generalem synodum. Litteræ quoque ipsius papæ mittuntur ab urbe Romana speciatim quibusdam episcopis Galliæ Germaniæque, vocantes eos ad synodum. Quæ synodus congregata est ex præcepto præfati papæ in Englehem palatio regali, in ecclesia Beati Remigii honore dicata, septimo id. Junii, causa videlicet maximarum dissensionum, quæ agitabantur inter regem Ludovicum et Hugonem principem, inter

envoyèrent le tout à Hugues. Le lendemain, celui-ci renvoya l'écrit à l'archevêque Robert, déclarant qu'il n'acquiescerait jamais à leur jugement.

Le comte Arnoul s'empare du château de Montreuil, avec l'aide du prince Hugues.

Cependant le seigneur Artaud adressa au Saint-Siége ses lettres de réclamation. Le pape Agapet envoya au roi Othon l'évêque Marin, son vicaire, pour convoquer et réunir le concile national. Des lettres particulières étaient adressées par le même pape à quelques évêques de Gaule et de Germanie, pour les engager à se rendre au concile. Cette assemblée eut lieu le 7 des ides de Juin (1), au palais royal d'Ingelheim, dans l'église de Saint-Remi, à l'occasion des dissensions qui existaient entre le roi Louis et le prince Hugues, entre l'archevêque Artaud et Hugues, l'archevêque illégitime, dissensions qui troublaient tout le royaume de France.

(1) Le 7 Juin.

Artaldum quoque Remensem episcopum et Hugonem illicite substitutum eidem urbi præsulem : quæ dissensiones omne perturbaverant regnum Francorum. Ad quam synodum celebrandam adveniente prædicto Marino, sedis Apostolicæ vicario, convenerunt etiam Germaniæ præsules, cum quibusdam Galliarum episcopis, Robertus videlicet Treverensis archiepiscopus, Artaldus Remensis, Fredericus Maguntiacensis, Wicfredus Coloniensis, Adeldachus Hammaburgensis, Hildebaldus Mirnegardovurdensis, Goslenus Tullensis, Adalbero Mettensis, Berengarius Virdunensis, Fulbertus Camaracensis, Rodulfus Laudunensis, Richoo Warmacensis, Rainbaldus Spirensis, Poppo Wirtsiburgensis, Conradus Constantiacensis, Odelricus Augustensis, Tethardus Hildinensheinsis, Bernardus Alfurtestedensis, Dudo Poderburnensis, Michaël Radisponensis, Farabertus Tungrensis, Lioptacus Ribunensis, Dodo Osneburgensis, Everis Mindensis, Baldricus Trajectensis, Heroldus Salburgensis, Adalbertus Bazsoensis, Starchandus Eistanciensis,

Lorsque Marin, vicaire du Saint-Siége, fut arrivé pour présider au concile, les évêques de la Germanie s'y rendirent, ainsi quep lusieurs évêques de Gaule : c'était Robert, archevêque de Trèves, Artaud de Reims, Frédéric de Mayence, Wicfred de Cologne, Adeldach de Hambourgs, Hildebald de Munster, Goslin de Toul, Adalbéron de Metz, Bérenger de Verdun, Fulbert de Cambrai, Raoul de Laon, Richau de Worms, Raimbaud de Spire, Poppon de Wurtzbourg, Conrad de Constance, Odalric d'Augsbourg, Tethard d'Hildesheim, Bernard d'Halberstad (1), Dudon de Paderborn, Lioptach de Ripen, Michel de Ratisbonne, Farabert de Tongres, Dodon d'Osnabruck, Ever (2) de Minden, Balderic d'Utrecht, Hérold de Saltzbourg, Adalbert de Passau (3), Starchand d'Aichstad, Horath de

(1) M. Guizot traduit *Altfurt*, mais il n'y a jamais eu d'évêché de ce nom.

(2) La préface du concile le nomme *Eborise*.

(3) Il est nommé évêque de Lorck dans la préface ; mais on sait que ce siége fut réuni à Passau.

Horath Leowicensis, Wikardus Basiliensis, Lidac Ribuensis. Residentibus his præsulibus in ecclesia prædicti loci, post præmissas preces secundum ordinem celebrandi concilii, et post lectiones sacræ auctoritatis, ingressis gloriosis regibus Ottone ac Ludovico et simul residentibus, post allocutionem præfati Marini sedis Apostolicæ legati, exsurgens Ludovicus rex e latere et consessu domni regis Ottonis, proclamationis suæ querimoniam propalavit coram præmisso Romanæ sedis vicario, ceterisque considentibus episcopis, referens qualiter accersitus fuerit a transmarinis regionibus per legatos Hugonis ceterorumque Franciæ principum ad suscipiendum suæ paternæ hæreditatis regnum, cunctorumque votis et clamationibus procerum militiæque Francorum sublimatus et consecratus sit ad apicem regalis moderaminis obtinendum, postea vero ejectus sit a præfato Hugone et dolis appetitus ac comprehensus, per annum integrum sub custodia fuerit ab eo detentus ; nec aliter ejus absolutio potuerit obtineri,

Slesvic, Wikard de Basle, Lidac de Riben (1). Quand tous ces prélats eurent pris place dans l'église dudit lieu, après les prières prescrites pour la célébration d'un concile, et la lecture de l'écriture sainte, les glorieux rois Othon et Louis entrèrent et prirent séance. Après l'allocution de Marin, légat du Saint-Siége, le roi Louis, qui était assis auprès d'Othon, se leva et exposa à haute voix ses plaintes, en présence du légat et des autres évêques; il dit comment il avait été rappelé d'Outre-Mer par les députés de Hugues et des autres seigneurs de France, pour reprendre la couronne, héritage de son père; comment il avait été reçu aux acclamations des seigneurs et de l'armée, puis consacré pour prendre possession du royaume ; comment ensuite il avait été chassé par le même Hugues, ensuite attiré dans Compiègne, saisi et détenu pendant un

(1) A la place de *Lidac de Riben*, qui est le même que *Lioptach de Ripen*, la préface nomme *Rembrand d'Arhusen*.

nisi Laudunum castrum, quod solum tunc regina Gerberga cum fidelibus suis ex omnibus suis regiis sedibus retinebat, Hugone illud occupante dimitteret. De his omnibus malis quæ post regeni susceptionem passus fuerat, si quis objiceret quod sui facinoris causa eidem fuissent illata, inde se juxta synodale judicium et regis Ottonis præceptionem purgaret. vel certamine singulari defenderet. — Deinde surgens Artaldus archiepiscopus protulit secundum jussionem papæ Romani quam ei delegaverat, litis initium atque tenorem quæ versabatur inter ipsum et Hugonem subrogatum sibi ecclesiæ Remensis antistitem. Post quarum litterarum recitationem, et earum propter reges juxta Teotiscam linguam interpretationem, ingressus synodum quidam Sigiboldus præmissi Hugonis clericus, attulit litteras quas Roma detulerat, quasque jam in alia synodo Mosomi propalaverat, asserens easdem litteras sibi Romæ ab ipso, qui aderat, Marino vicario datas. Qui Marinus proferens litteras quas idem Sigiboldus Romam

an entier ; comment il n'avait pu obtenir sa liberté qu'en abandonnant à Hugues, qui l'occupait encore, la place de Laon, la seule des résidences royales que Gerberge conservait avec quelques serviteurs. Il ajouta que, si quelqu'un osait soutenir que les maux qu'il avait endurés depuis son avénement à la couronne lui étaient arrivés par sa faute, il se purgerait de cette accusation. selon le jugement du concile et la décision du roi Othon, ou bien il s'en défendrait dans un combat singulier. — Ensuite l'archevêque Artaud se leva et exposa, selon l'ordre qu'il en avait reçu du pape, l'origine et les circonstances du différend qui existait entre lui et Hugues, son compétiteur au siége de Reims. Après la lecture de ce mémoire qui fut traduit en langue théotisque, à cause des deux rois. Sigebald, clerc dudit Hugues, se présenta avec les lettres qu'il avait apportées de Rome, et qu'il avait déjà produites à Mouzon, dans un autre concile ; il assura que ces lettres lui avaient été remises à Rome par Marin lui-même, le légat présent. Marin produisit à son tour la lettre que le même Sigebald avait portée à Rome, et la fit lire en pleine assemblée. Il

tulerat, præcepit eas coram synodo recitari. In quarum recitatione repertum est, prout ipsæ litteræ fatebantur, quod Wido episcopus Suessionicus, Hildegarius quoque Belvacensis, Rodulfus Laudunensis, ceterique cuncti Remensis dioceseos episcopi easdem litteras ad sedem delegaverant Apostolicam pro restauratione Hugonis in sede Remensis, et expulsione Artaldi. Post quarum lectionem exurgentes Artaldus præsul et præfatus Rodulfus, qui in eisdem litteris nominabatur, Fulbertus quoque, Cameracensis antistes, easdem litteras refutarunt, astruentes quod eas antea nunquam viderint vel audierint, neque in earum delegatione consensum præbuerint. Quibus cum idem clericus contraire non posset, licet in eos calumniis obstrepens, præcepit domnus Marinus suggerens universæ synodo ut sibi consilium et rectum judicium proferrent super hujusmodi calumniatore et calumniarum in episcopos delatore. At illi, postquam delator publice confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de hujuscemodi calumniatoribus, judicant et unanimiter censent eum quo fruebatur honore privari debere, ac, secundum capitulorum

résultait du contenu de cette lettre, qu'elle aurait été écrite et adressée au Saint-Siége par Gui de Soissons, Hildegaire de Beauvais, Raoul de Laon et les autres évêques de la province de Reims, pour demander le rétablissement de Hugues sur le siége de Reims, et l'expulsion d'Artaud. Après cette lecture, l'archevêque Artaud, Raoul qui était nommé dans la lettre, et Fulbert, évêque de Cambrai, se levèrent pour réfuter ces allégations, et prouvèrent qu'ils n'avaient jamais vu la lettre, qu'ils n'en avaient pu entendre parler, et qu'ils n'avaient point donné de consentement pour qu'elle fût envoyée. Le clerc ne put rien opposer aux paroles des prélats, bien qu'il cherchât encore à les calomnier. Marin demanda aux pères du concile de donner leur avis, et de prononcer un jugement contre un tel imposteur, qui publiait des calomnies contre les évêques. Ceux-ci, après que le calomniateur eut été publiquement convaincu de faux, et qu'on eut donné lecture des capitulaires qui concernent ce genre de crime, furent unanime-

tenorem, in exilium detrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur ministerio multatus, a conspectu synodi reprobatus abscessit. Artaldo vero præsuli, qui omnibus se synodis præsentabilem fecerat non refugiens synodale judicium, episcopium Remense, juxta canonum instituta et sanctorum patrum decreta, omnino retinendum atque disponendam decernunt, laudant atque corroborant. — Secunda consessionis die, post recitatas divinæ auctoritatis lectiones et Marini vicarii allocutionem, suggessit domnus Rotbertus, Treverensis archiepiscopus, ut, quoniam juxta sacræ legis instituta restauratum atque restitutum fuerat Remense Artaldo præsuli episcopium, in ejusdem sedis invasorem synodale perageretur judicium. Præcepit itaque Marinus vicarius ut canonicam super hac præsumptione synodus proferret sententiam. Jubentur ergo sanctæ legis catholica recitari capitula. Quibus recitatis, secundum sacrorum instituta canonum et sanctorum decreta patrum Sixti, Alexandri, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Celestini, Leonis, Simmachi ceterorumque sanctorum ecclesiæ Dei doctorum, excommunicaverunt, et ab ecclesiæ Dei gremio

ment d'avis que, selon la teneur desdits capitulaires, il devait être dépouillé de ses dignités et envoyé en exil. Il fut donc dégradé du diaconat et chassé honteusement du concile. Quant à Artaud, qui s'était présenté à toutes les réunions, sans décliner le jugement des évêques, il fut décidé, approuvé et confirmé, selon les règles des canons et les décisions des saints Pères, qu'il serait maintenu en possession et en jouissance de l'évêché de Reims.— Le second jour de la session, après la lecture de l'écriture sainte et l'allocution du vicaire apostolique, Robert, archevêque de Trèves, demanda que, comme on avait, suivant les canons, rendu à l'archevêque Artaud le siége de Reims, on prononçât un jugement contre l'usurpateur du même siége. Marin demanda qu'il fût délibéré sur cette proposition. On fit donc lire les réglements canoniques; après cette lecture, conformément aux canons et aux décrets des souverains pontifes Sixte, Alexandre, Innocent, Zozime, Boniface, Célestin, Léon, Symmaque, et des autres docteurs de l'église, on déclara

repulerunt prædictum Hugonem Remensis ecclesiæ pervasorem, donec ad pœnitentiam et dignam satisfactionem venire procuraret. — Ceteris quoque diebus synodi tractata sunt quædam necessaria de incestis conjugiis et ecclesiis quæ presbyteris in partibus Germaniæ dabantur, immo vendebantur indebite et auferebantur a laicis illicite, prohibitumque ac statutum ne id omnino præsumeretur ab aliquo. Sed et de aliis ecclesiæ Dei utilitatibus tractata sunt et definita nonnulla.

Interea rex Ludovicus deprecatur regem Ottonem ut subsidium sibi ferat contra Hugonem et ceteros inimicos suos : qui petita concedens, jubet ut Conradus dux cum exercitu Lothariensium in ejus pergat auxilium; interim vero, dum congregetur exercitus, rex Ludovicus cum ipso duce maneat, et episcopi Artaldus atque Rodulfus qui erant cum rege, ne quid in via paterentnr adversi, degerent cum Lothariensibus episcopis. Mansimus itaque cum Rotberto Trevirensi, Rodulfus Laudunensis cum Adalberone Metensi ebdomadas fere quatuor. Exercitu denique

excommunié et repoussé du sein de l'église ledit Hugues, usurpateur de l'évêché de Reims, jusqu'à ce qu'il eût fait pénitence et donné satisfaction.—Les autres jours, le concile eut à s'occuper des mariages incestueux, des églises que les laïcs donnaient, et même vendaient, ou enlevaient injustement aux prêtres dans certaines contrées de la Germanie; il fut décidé que ces trafics seraient sévèrement prohibés. Enfin beaucoup d'autres choses importantes pour l'église de Dieu furent discutées et décidées.

Cependant le roi Louis demanda des secours au roi Othon contre le prince Hugues et ses autres ennemis. Othon agréa sa demande, et donna ordre au duc Conrad de lever pour cela une armée dans la Lorraine. En attendant qu'elle fût réunie, Louis devait rester avec le duc, et les évêques Artaud et Raoul, qui étaient dans le parti du roi, devaient demeurer parmi les évêques Lorrains, de peur qu'il ne leur arrivât mal en chemin. Pendant plus de quatre semaines, nous demeurâmes chez l'archevêque Robert,

collecto, Lotharienses episcopi Mosomum petunt, ipsumque obsidentes castrum atque oppugnantes, milites qui erant ibi cum Hugone ad deditionem compellunt, et, acceptis obsidibus, pergunt obviam Ludovico regi et Conrado duci in partes Laudunensis pagi. Obsident igitur ibi dux et exercitus quamdam munitionem quam ædificaverat et tenebat Tetbaldus in loco qui dicitur Mons-Acutus, qui et Laudunum contra regem retinebat. Hoc etiam oppidum expugnantes, tandem non sine mora capiunt : indeque Laudunum adeunt, et in ecclesia Sancti Vincentii, congregati episcopi prædictum Tetbaldum excommunicant. Hugonem vero principem vocant litteris ex parte Marini legati Apostolicæ sedis et sua, venire ad emendationem pro malis quæ contra regem et episcopos egerat. Wido denique, Suessionicæ urbis episcopus, ad regem Ludovicum veniens eidem sese committit, pacaturque cum Artaldo archiepiscopo, satisfaciens illi pro ordinatione Hugonis.

Conradus quoque dux filiam Ludovici regis sacro de fonte suscepit ; —

et Raoul de Laon chez Adalberon de Metz. Quand l'armée fut réunie, les évêques Lorrains vinrent assiéger Mouzon, et l'emportèrent en forçant à capituler la garnison qui y était avec Hugues ; puis, après avoir reçu des ôtages, ils allèrent joindre le roi Louis et le duc Conrad, dans le pays de Laon. Le duc et son armée y assiégeaient, au lieu dit Montaigu, un fort bâti et défendu par Thibaud, qui tenait aussi Laon contre le roi. On donna l'assaut à ce fort, qui ne céda qu'après un long siége. De là on se rendit à Laon. Les évêques, réunis dans l'église de Saint-Vincent, y excommunièrent Thibaud; des lettres furent envoyées au prince Hugues de la part du légat et des évêques, pour le citer à venir donner satisfaction de ce qu'il avait fait contre le roi et les prélats. Gui, évêque de Soissons, vint se soumettre au roi, se réconcilia avec Artaud, et lui donna satisfaction pour l'ordination de Hugues.

Le duc Conrad tint sur les fonts de baptême une fille du roi Louis.

Sicque recepto Mosomo castro et everso, Lotharienses revertuntur in sua. Igitur Hugo nullam moram faciens, collecta suorum multa Nortmannorumque manu, Suessionicam aggreditur urbem, et obsidens oppugnat, cæditque nonnullos : injectis etiam ignibus domum matris ecclesiæ succendit, simulque claustra canonicorum et partem civitatis. Nec tamen ipsam capere valens urbem reliquit, et ad quamdam munitionem quam Ragenoldus comes Ludovici super Axonam fluvium, in loco qui dicitur Rauciacus, ædificabat, devenit, ipsamque adhuc imperfectam castris vallavit. Sed nec ipsam cepit : villas tamen Remensis ecclesiæ castris suis contiguas devastavit. Plures quoque colonorum prædones ipsius interemerunt, violantes ecclesias et in tantum debacchantes, ut in Culmisciaco vico tam infra quam circa ecclesiam fere quadraginta homines interficerent, ipsumque templum rebus penitus exspoliaverunt : multisque flagitiis tunc perpetratis, Hugo tandem cum suis regreditur grassatoribus. Itaque milites qui

Après avoir pris et rasé Mouzon, les Lorrains s'en retournèrent. Hugues, sans perdre de temps, réunit à ses vassaux une troupe de Normands, vint attaquer Soissons et lui donner l'assaut, et tua quelques hommes. Il fit lancer des feux qui incendièrent la cathédrale, le cloître des chanoines et une partie de la ville ; cependant, ne pouvant prendre la place, il se retira. Il se dirigea contre un fort que bâtissait sur l'Aisne, dans un lieu nommé Roucy, le comte Rainold, vassal de Louis ; il entoura ce fort ; mais, quoiqu'il ne fût pas entièrement achevé, il ne put le prendre ; il se dédommagea en pillant les terres de l'église de Reims aux environs de son camp. Les pillards qui l'accompagnaient tuèrent plusieurs fermiers, profanèrent les églises et en vinrent à de tels excès, que dans le seul village de Cormicy, ils tuèrent près de quarante personnes (1) au dedans et autour de l'église qu'ils dépouillèrent totalement. Après beaucoup d'autres horreurs, Hugues se retira enfin

(1) Une autre édition en compte 400.

hactenus cum Hugone fuerant excommunicato, ad Artaldum præsulem revertuntur. Qui nonnullos eorum, redditis eis rebus quas habuerant, recepit, quosdam vero abjecit.

Post hæc Treviros proficiscitur ad synodum cum episcopis Suessionico, Rodulfo Laudunensi et Vicfredo Morinensi. Quo pervenientes Marinum sese præstolantem repererunt cum Rotberto archiepiscopo ; ceterorum vero Lothariensium vel Germanorum præsulem illic invenere neminem. Considerantibus igitur illis, sciscitari cœpit Marinus vicarius, quid egisset post præmissam synodum Hugo princeps erga ipsos vel regem Ludovicum. At illi referunt supra memorata quæ ipsis et ecclesiis eorum intulerat mala. Requirit ergo de vocatione ipsius principis Marinus, utrum perlatæ fuissent ei litteræ vocationis quas ei perferendas delegaverat. Cui respondetur ab Artaldo archiepiscopo quod quædam eorum perlatæ sunt, quædam vero perferri non potuerunt, earum gerulo ab ipsius

avec ses brigands. Mais les soldats qui étaient demeurés avec lui depuis son excommunication, passèrent du côté d'Artaud. Ce prélat en reçut plusieurs, auxquels il rendit ce qu'ils avaient possédé ; mais il en refusa d'autres.

Ensuite il se rendit à Trèves pour le concile, avec les évêques Gui de Soissons, Raoul de Laon, Wicfrid de Térouane. A leur arrivée, ils trouvèrent Marin, qui les attendait avec l'archevêque Robert ; mais il n'y avait aucun évêque de Germanie ou de Lorraine. Lorsqu'on fut en séance (1), le légat demanda quelle conduite avait tenue le prince Hugues envers les évêques ou envers le roi depuis le dernier concile. Les prélats exposèrent les violences dont nous venons de parler, et qui avaient été commises contre eux ou contre leurs églises. Le légat demanda encore si le prince avait été cité, si les lettres qu'il avait données à ce sujet lui avaient été remises ; l'archevêque Artaud répondit que plusieurs de ces

(1) Il y a dans le texte *considerantibus ;* mais une note porte *considentibus*.

grassatoribus intercepto : vocatus tamen fuerit tam litteris quam quibusdam internuntiis. Requiritur itaque si adsit aliquis ex parte ipsius legatus. Ubi cum nullus fuisset inventus, decernitur expectandum si forte adventurus esset in crastinum. Quod cum minime contigisset, et omnes qui aderant tam clerici quam illustres laici excommunicandum esse acclamarent, definitur ab episcopis hanc excommunicationem adhuc differendam usque in diem synodi tertiam. Tractatur autem de episcopis qui vocati fuerant et venire distulerant, vel his qui ordinationi Hugonis participes extiterant. Et Wido quidam Suessonicus se culpabilem, prostratus coram Marino vicario et Artaldo archiepiscopo, confitetur. Intercedentibus autem pro eo apud Marinum Rotberto et Artaldo archiepiscopis, absolvi ab hac noxa meretur. Wicfredus Morinensis immunis ab eadem ordinatione reperitur. Adest Transmarini, Noviomensis episcopi, legatus quidam presbyter, astruens eumdem præsulem ita gravi langore detentum,

lettres avaient été remises, que d'autres n'avaient pu l'être, parce que le porteur avait été arrêté par les gens de Hugues ; mais que cependant il avait été cité tant par lettres que de vive-voix. Il fut demandé ensuite s'il y avait au concile quelque personne envoyée de sa part; comme il ne s'en trouvait point, on décida qu'on attendrait jusqu'au lendemain pour voir s'il s'en présenterait. Personne ne parut; alors tous les assistants, soit clercs soit nobles laïcs, demandaient qu'il fût excommunié; mais les évêques décidèrent que cette excommunication serait différée jusqu'au troisième jour du concile. En attendant, on s'occupa des évêques qui avaient été convoqués et n'avaient pas comparu, et de ceux qui avaient pris part à l'ordination de Hugues. Gui de Soissons, se prosternant devant le légat Marin et l'archevêque Artaud, s'avoua coupable; il obtint le pardon par l'intercession des archevêques de Trèves et de Reims. Wicfrid de Térouane fut reconnu innocent. Un prêtre, envoyé de la part de Transmar, évêque de Noyon, assura que ce prélat, retenu par une maladie grave, n'avait pu se rendre au concile, ce qu'attestèrent également les évêques de notre pro-

ut ad eamdem synodum venire non valuerit : id quoque nostrates qui aderant attestantur episcopi. Tertia tandem die, insistente præcipue Liudulfo legato et capellano regis Ottonis, quoniam idem rex id omnino fieri præcipiebat, excommunicatur Hugo comes, inimicus Ludovici regis, pro supra memoratis malis ab ipso perpetratis, eo tamen modo, donec resipiscat et ad satisfactionem coram Marino vicario vel episcopis quibus injuriam fecit, deveniat; quod si facere contempserit, Romam pro absolutione sui proficiscatur. Excommunicantur et duo pseudo-episcopi ab Hugone damnato ordinati, Tetbaldus et Ivo, prior post expulsionem ipsius in Ambianensi urbe, alter post damnationem ejusdem Hugonis in Silvanectensi ab eo constituti. Excommunicatur etiam quidam clericus Laudunensis nomine Adeloinus, quem accusavit Rodulfus episcopus, suus, eo quod Tetbaldum excommunicatum in ecclesiam introduxerit. Vocatur Hildegarius, Belvacensis episcopus, litteris præfati Marini, et veniat coram ipso, vel eat Ro-

vince qui étaient présents. Enfin, le troisième jour, sur les instances de Liudolf, député et chapelain du roi Othon, qui le voulait ainsi, le prince Hugues, ennemi du roi Louis, fut excommunié pour les excès qu'il avait commis, et que nous avons rapportés. Toutefois il ne devait l'être que jusqu'à ce qu'il revînt à résipiscence, et fît satisfaction, soit devant le légat, soit devant les évêques qu'il avait offensés; s'il dédaignait de le faire, il ne pouvait plus être absous qu'à Rome. On excommunia aussi deux prétendus évêques sacrés par Hugues, l'évêque condamné, savoir : Thibaud et Ives, qu'il avait installés, le premier à Amiens après son expulsion de Reims, le second à Senlis (1) après sa condamnation au concile. On frappa encore d'excommunication un clerc de Laon, nommé Adeloin, accusé par Raoul, son évêque, d'avoir introduit dans l'église Thibaud, excommunié. Hildegaire, évêque de Beauvais, fut cité, par lettres du légat, à rendre compte, soit par devant lui, soit à Rome devant le pape lui-même, de la part

(1) Et non pas à Laon, comme traduit M. Guizot.

mam rationem redditurus coram domno papa pro illicita ordinatione prædictorum pseudo-episcoporum cui interfuerat. Vocatur et Heribertus, Heriberti comitis filius, ad satisfactionem venire pro malis quæ contra episcopos agebat. His ita gestis, episcopi revertuntur in sua. Liudulfus autem, capellanus Ottonis, Marinum vicarium deducit ad regem suum in Saxoniam, ubi consecraturus fuerat ecclesiam Fuldensis monasterii. Post cujus consecrationem idem Marinus, exacta hieme, Romam revertitur.

Hoc anno defunguntur episcopi Geruncus Biturigensis et Rodulfus Laudunensis.

Nascitur regi Ludovico filius quem præsul Artaldus de sacro fonte suscepit, patris ei nomem imponens.

ANNO DCCCCXLIX Laudunenses, qui fidelitati Ludovici regis attendebant, eligunt sibi præsulem Roriconem diaconem, ipsius regis fratrem, quemque consecrat Artaldus archiepiscopus Remis : qui tamen non receptus Lauduno, apud Petræpontem munitionem recedit. Ambianenses Tet-

qu'il avait prise à l'ordination de ces prétendus évêques. Héribert (1), fils du comte de ce nom, fut cité à venir donner satisfaction pour les violences qu'il avait exercées contre les évêques. Les choses étant ainsi réglées, les évêques s'en retournèrent. Liudolf, chapelain d'Othon, emmena le légat en Saxe, auprès de son maître, pour y consacrer l'église du monastère de Fulde. Après cette consécration, Marin retourna à Rome, à la fin de l'hiver.

Cette année moururent les évêques Geronce à Bourges, et Raoul à Laon.

Le roi Louis eut un fils, que l'archevêque Artaud tint sur les fonts de baptême, et qui reçut le nom de son père.

(**AN 949.**) Les habitants de Laon, qui demeuraient fidèles au roi Louis, élurent pour évêque le diacre Roricon, frère de ce prince (2), lequel fut sacré à Reims par l'archevêque Artaud.

(1) Héribert, comte de Meaux.

(2) Il était fils naturel de Charles-le-Simple.

baldum, quem eis Hugo constituerat episcopum, exosi, castrum Arnulfo comiti produnt. Qui advocans regem Ludovicum, oppidum ipsum cepit, Tetbaldum expulit, et Ragembaldum illuc, Atrebatensem quemdam monachum, quem idem Ambianenses prius sibi delegerant, introduxit: quique Remos a rege perductus ordinatur episcopus ab Artaldo archiepiscopo.

Altmontem munitionem, quam tenebat Dodo, frater domni Artaldi episcopi, milites Remensis ecclesiæ qui recepti non fuerant ab ipso præsule, furtiva capiunt proditione, et advocantes Hugonem excommunicatum in oppidum suscipiunt, indeque per villas episcopii circumpositas rapinis desæviunt.

Imminente denique Paschali solemnitate, Gerberga regina proficiscitur ad fratrem suum Ottonem regem, et Aquisgrani palatio Pascha cum ipso celebrat. Ibi tunc diversarum gentium affuere legationes, Græcorum scilicet, Italicorum, Anglorum, et aliorum quorumdam populorum.

Mais, comme il ne pouvait entrer à Laon, il fit sa résidence au château de Pierrepont. Ceux d'Amiens, en haine de Thibaud, que Hugues leur avait imposé comme évêque, livrèrent le château au comte Arnoul; celui-ci appela à son aide le roi Louis, prit la ville, chassa Thibaud, et installa Raimbaud, moine d'Arras, que les habitants avaient élu auparavant. Ce dernier, conduit à Reims par le roi, y fut sacré par Artaud.

Le fort d'Omont, que tenait Dodon, frère de l'archevêque, fut surpris par les soldats de l'église de Reims que le prélat n'avait pas reçu. Ceux-ci appelèrent Hugues l'excommunié (1), l'accueillirent dans la place, et de là exercèrent toutes sortes de ravages aux environs sur les terres de l'évêché.

Aux approches de la fête de Pâques, la reine Gerberge se rendit auprès de son frère Othon, et célébra cette fête avec lui dans le palais d'Aix-la-Chapelle. Là se trouvèrent des ambassadeurs de

(1) L'archevêque déchu.

—Regressa Remos regina cum fraterni auxilii pollicitatione, rex Ludovicus Laudunum improvisus aggreditur, et noctu muro latenter a suis ascenso disruptisque portarum seris, oppidum ingreditur, capitque custodes præter eos qui turrim regiæ domus conscenderant quam ipse ad portam castri fundaverat. Hanc itaque capere non valens, a civitate secludit ducto intrinsecus muro. Quo comperto, Hugo comes illo cum suis proficiscitur, et rex Conradi Lothariensium ducis auxilium missa legatione petit. Hugo vero appropians turri, ante portam metatur (1), et introducens in arcem custodes cum sufficiente victu, recedit a monte. Rex igitur obviam pergit Conrado, et ipse dux cum rege locutus inducias belli disponit inter ipsum et Hugonem usque ad mensem Augustum, dum rex idem locuturus pergat ad regem Ottonem. — Cum quo postquam locutus est, Remos revertitur, ubi Adalbertus, filius Heriberti, ad eum veniens ipsius efficitur.

diverses nations, de Grèce, d'Italie, d'Angleterre, et d'autres contrées. — La reine étant revenue à Reims avec une promesse de secours de la part de son frère, le roi Louis attaqua la ville de Laon à l'improviste; ses soldats escaladèrent la muraille la nuit, brisèrent les serrures des portes, et le roi entra. Il prit les gardes, à l'exception de ceux qui s'étaient réfugiés dans la tour du palais qu'il avait bâti lui-même à la porte de la ville. Ne pouvant prendre cette tour, il la sépara de la ville en l'entourant d'une muraille. A cette nouvelle, le prince Hugues arriva avec ses gens; et le roi envoya demander des secours à Conrad, duc de Lorraine. Hugues s'approcha de la tour, s'établit auprès de la porte, introduisit des renforts dans la place avec des provisions suffisantes, et s'éloigna de la montagne. Louis alla joindre Conrad; celui-ci, après avoir conféré avec le roi, ménagea entre ce prince et Hugues une trève pour jusqu'au mois d'août. Pendant cet intervalle le roi devait avoir une entrevue avec Othon. — Après ladite entrevue, le roi revint à Reims, où Adalbert, fils d'Héribert, vint lui faire hommage.

(1) Leg. *castra metatur*, ut infra, p. 125.

Ragenoldus comes, junctis sibi quibusdam fidelibus Artoldi præsulis, munitionem quamdam construit in fluvio Materna scilicet apud Maroillum.

Codiciacum castrum domno Artaldo præsuli redditur ab his qui custodiebant illud ex parte Hugonis comitis vel Tetbaldi, quique se committunt eidem archiepiscopo. Altmontem præsidium, quod ingressus cum suis tenebat Hugo quondam episcopus, obsident Dodo, frater domni Artaldi, cum fidelibus ipsius et Theodericus comes, et ante portam ipsius castri castra sibi constituunt atque præmuniunt.

Hugo comes, collecta suorum multa Nortmannorumque manu, Laudunum adit, et suos qui arcis domum tenebant, educit, aliosque cum sufficiente victu custodes introducit, et profectus hinc in pagum Porticensem, supra Caldionem castra metatur, indeque ad regem Ludovicum Remis degentem, quasi pacis petendæ gratia, mittit,

Le comte Rainold, avec quelques fidèles de l'archevêque Artaud, bâtit un fort sur la Marne, à Mareuil.

Le château de Coucy fut rendu à l'archevêque Artaud par ceux qui le gardaient pour le prince Hugues, ou pour Thibaud, et ils se soumirent à ce prélat. — Le château d'Omont, où se tenait Hugues, l'évêque déchu, fut assiégé par Dodon, frère d'Artaud, et le comte Thierry, avec les gens de l'archevêque; ils établirent et fortifièrent leur camp à la porte du fort même.

Le prince Hugues, avec une troupe composée de Normands et de ses propres vassaux, vint à Laon, fit sortir de la citadelle ceux des siens qui la défendaient, et les remplaça par d'autres qu'il pourvut de vivres. De là il vint dans le Porcien, et campa au-dessus de Chaudion (1) Il envoya ensuite des députés à Louis, qui était à Reims, comme pour lui demander la paix. Dans l'intervalle, il vint attaquer Laon par surprise, et fit tous ses efforts

(1) Chaudion est aujourd'hui un hameau dépendant de Saint-Ferjeux, dans le canton de Château-Porcien.

insperatusque interim Laudunum aggressus capere nisus est, frustratoque consilio revertitur in sua. Rex vero, evocato Arnulfo et quibusdam Lothariensium, post eum proficiscitur usque in pagum Silvanectensem. Arnulfus itaque suburbium civitatis ipsius igne succendit, et sic ad propria regrediuntur. Hugo igitur, non modico tam suorum quam Nortmannorum collecto exercitu, in pagum Suessionicum venit, et, missis ad regem episcopis Vindone Autissiodorensi et Ansegiso Trecasino, Ragenoldum comitem sibi accersivit, et ita, dato alterutrim jurejurando, treugæ sunt acceptæ usque octavas Paschæ.

Nec longum post, rex cum Arnulfo locutus est.

Ragenoldus comes castrum, quondam Herivei, videlicet Castellionem, conscenso noctu muro, capit, et Dodo, frater domni Artaldi, tertia deinde die Altmontem simili pene modo recipit.

Agapitus papa synodum habuit apud Sanctum Petrum, in qua damnationem Hugonis episcopi apud Ingelheim

pour le prendre ; mais il se retira sans avoir pu réussir. Le roi, appelant à lui Arnoul et quelques Lorrains, le poursuivit jusque dans le pays de Senlis. Arnoul mit le feu au faubourg de la ville, et on revint sur ses pas. Hugues, toujours accompagné d'une nombreuse armée de Normands et de ses vassaux, vint dans le pays de Soissons ; et tandis qu'il députait vers le roi les évêques Gui d'Auxerre et Ansegise de Troyes, il demandait qu'on lui envoyât le comte Rainold. On se fit des serments de part et d'autre et une trêve fut conclue pour jusqu'à l'octave de Pâques.

Peu de temps après, le roi eut une conférence avec Arnoul.

Le comte Rainold prit la nuit, et par escalade, Châtillon, qui avait appartenu à Hérivée ; et trois jours après, Dodon, frère d'Artaud, prit Omont, à peu près de la même manière.

Le pape Agapet tint dans l'église de Saint-Pierre un concile où il confirma la condamnation prononcée contre l'évêque Hugues

factam confirmavit, excommunicans etiam Hugonem principem, donec Ludovico regi satisfaciant.

Bernardus quidam partium Hugonis habens castellum super Isaram fluvium nomine Calnacum, se cum ipso castello committit Adalberto comiti.

Quædam ecclesia in honore Sanctæ Mariæ dicata super Arnam rivum claris illustratur miraculis et sanitatum præsidiis. Item altera ecclesia in ipsius honore super Pidum rivolum sita pene simili resplendet nitela.

ANNO DCCCCL rex Ludovicus ad Ottonem regem proficiscitur trans Mosellam, consilium quærens et auxilium ab eo de pace fienda inter se et Hugonem. Qui promittit se missurum ei ducem Conradum cum Lothariensibus ad id exsequendum. Qui dux veniens cum episcopis quibusdam et comitibus locutus est cum Hugone de paciscenda pace, quodque apud ipsum invenit, Ludovico regi renuntiavit.

au concile d'Ingelheim ; il excommunia aussi le prince Hugues, jusqu'à ce qu'il eût donné satisfaction au roi Louis.

Un partisan de Hugues, nommé Bernard, qui avait sur l'Oise le château de Chauny, se soumit avec son château au comte Adalbert.

Une église dédiée à Notre-Dame, située sur le ruisseau d'Arne, fut illustrée par d'éclatants prodiges et des guérisons miraculeuses ; une autre église, sous la même invocation (1), située sur le ruisseau de la Py, fut glorifiée à peu près de la même manière.

(AN 950.) Le roi Louis se rendit auprès du roi Othon de l'autre côté de la Moselle, et lui demanda conseil et protection pour rétablir la paix entre lui et Hugues. Othon promit d'envoyer pour cet objet le duc Conrad avec les Lorrains. Celui-ci vint avec des évêques et des comtes, eut avec Hugues des conférences au sujet de la paix, et rendit compte au roi des dispositions dans lesquelles

(1) A Sainte-Marie-à-Py.

Sicque ad Ottonem redit, dimissis apud Ludovicum quibusdam comitibus qui voluntatem regis Hugoni significent. Itaque rex Ludovicus et Hugo princeps super Maternam fluvium pacem facturi cum suis deveniunt : et residentes isti ex hac parte fluvii, illi ex altera legatos sibi invicem mittunt, et, mediantibus atque sequestris Conrado duce, Hugone Nigro, Adalberone quoque ac Fulberto episcopis, Hugo ad regem venit et suus efficitur, pacaturque cum Arnulfo comite et Ragenoldo atque Artaldo episcopo, reddens regi turrim Lauduni. Post hæc iterum colloquium Hugo cum rege apud Compendium habuit, ubi datur episcopatus Noviomensis Rodulfo, archidiaconatus ejusdem ecclesiæ ministerio fungenti, quem ipsi Noviomenses sibi delegerant dari præsulem.

Nec longum post, Hugo cum exercitu Ambianensem petit urbem, ibique in turri quam Ragenbaldus episcopus tenebat, recipitur : alteram vero turrim quam Arnulfi comitis

il avait trouvé le prince. Il retourna ensuite auprès d'Othon, laissant auprès du roi Louis quelques seigneurs chargés de faire connaître à Hugues les intentions du roi. Enfin Louis et Hugues se rendirent avec leur suite sur la Marne pour y conclure la paix; ils se placèrent les uns en deçà, les autres au delà de la rivière, et s'envoyèrent des parlementaires : par la médiation et l'entremise du duc Conrad, de Hugues-le-Noir, des évêques Adalberon et Fulbert, Hugues vint trouver le roi, et lui fit hommage. Il se réconcilia en même temps avec les comtes Arnoul et Rainold, et avec l'archevêque Artaud; puis il rendit au roi (1) la tour de Laon. — Plus tard Hugues eut encore une entrevue avec le roi à Compiègne; on y donna l'évêché de Noyon à Raoul, qui remplissait dans cette église les fonctions d'archidiacre, et que les habitants avaient élu.

Peu de temps après, pendant que le roi était malade à Laon, Hugues vint devant Amiens avec une armée, et se fit recevoir

(1) Le texte de D. Bouquet porte *ei* au lieu de *regi*.

homines custodiebant, obsidet, rege Lauduni ægritudine decubante.

Otto rex, qui quamdam Wenedorum magnam obsederat urbem nomine Praidem, regem ipsorum in subjectionem recipit : sed et Hungaros sibi subditos facit.

Homines Ragenoldi comitis quamdam munitionem Rodomensis ecclesiæ super fluvium Vidulam sitam, quam vocant Brainam, furtivo capiunt ingressu : unde iratus Hugo princeps ad regem mittit, et rex illo profectus eosdem invasores expellit. Inde ipsum castrum prioribus reddit custodiis. Deinde colloquium petit Hugonis, quod dum haberetur, custodes castri Codiciaci, qui desciverant a domno Artaldo præsule, Tetbaldum comitem in ipso recipiunt oppido. Quare iratus rex rogat Hugonem ut reddat ipsam sibi munitionem. Sed, quoniam non potuit obtinere, Tetbaldo comite modis omnibus obsistente, infensus Laudunum, Hugone inconsulto, recessit. Tetbaldus a Codiciaco plures eorum quos intus invenerat, expulit.

dans une tour que gardait l'évêque Raimbaud ; et il assiégea une autre tour que défendaient les gens du comte Arnoul.

Le roi Othon, qui assiégeait Praide, grande ville des Vénèdes, reçut la soumission du roi de ce pays, et s'assujétit aussi les Hongrois.

Les gens du comte Rainold s'emparèrent par surprise d'un fort situé sur la Vesle, et nommé Braîne, qui appartenait à l'église de Rouen. Le prince Hugues, mécontent, envoya un message au roi, qui vint chasser les envahisseurs, et rendit le fort à ses premiers gardiens. Il eut ensuite une entrevue avec Hugues ; pendant qu'elle avait lieu, la garnison de Coucy, abandonnant l'archevêque Artaud, reçut le comte Thibaud dans la place. Le roi, irrité, demanda que cette place lui fût remise ; ne pouvant l'obtenir, parce que Thibaud s'y opposait de tout son pouvoir, il se retira mécontent à Laon, sans en prévenir Hugues. Thibaud chassa de Coucy plusieurs de ceux qu'il y avait trouvés.

Domnus Artaldus præfatum Rodulfum, Noviomensium electum, Remis ordinat episcopum.

Berengarius quidam, princeps Italiæ, veneno, ut ferunt, necato Lothario rege, Hugonis filio, rex efficitur Italiæ.

ANNO DCCCCLI Ludovicus rex Aquitaniam cum exercitu petit. Sed, antequam eamdem ingrederetur provinciam, Carolus Constantinus, Viennæ princeps, et Stephanus, Arvernorum præsul, ad eum venientes sui efficiuntur. Idem vero episcopus opimis eum honorat muneribus. Willelmus quoque Pictavensis obvius ei fuit: dumque moratur Aquitaniam rex intrare, gravi corripitur infirmitate. Quem suscipiens Letaldus quidam, Burgundiæ comes, qui tunc etiam suus noviter effectus erat, utiliter eum in ipsa ægritudine observavit. Reparatis igitur sibi viribus rex in Franciam regreditur.

Interea Fredericus, Adalberonis episcopi frater, qui filiam Hugonis principis sibi desponderat, in hoc regnum veniens

Le seigneur Artaud sacre à Reims Raoul, élu évêque de Noyon.

Un prince d'Italie, nommé Bérenger (1), ayant empoisonné, dit-on, le roi Lothaire, fils de Hugues, se fait déclarer roi d'Italie.

(AN 951.) Le roi Louis se rendait en Aquitaine avec une armée; avant qu'il fût dans cette province, Charles Constantin, prince de Vienne, et Etienne, évêque de Clermont, vinrent lui faire hommage; le même évêque lui fit de riches présents. Guillaume de Poitiers vint aussi à sa rencontre.— Pendant que le roi différait son entrée en Aquitaine, il fut atteint d'une maladie grave; Létold, comte de Bourgogne, qui lui avait fait récemment hommage, le reçut et lui donna d'utiles soins dans sa maladie. — Après son rétablissement, le roi revint en France.

Sur ces entrefaites, un frère de l'évêque Adalberon, Frédéric (2),

(1) Bérenger II, petit-fils de Bérenger I.

(2) Frédéric, qui fut plus tard duc de Lorraine.

munitionem in loco qui dicitur Fanis, inconsulto rege vel regina construere cœpit, et loca circumposita crebris deprædationibus diripit. Pro qua re valde molestus rex Ludovicus legationem suam dirigit ad Ottonem. Hugo princeps ad eumdem regem Ottonem, invitatus ab eo, vadens duos illi præmisit leones, et ipse mox secutus honorifice ab eodem in diebus Paschæ susceptus est, decenterque habitus ab eo, per ipsos Paschalis solemnitatis dies exultanter Aquis cum eo mansit, multisque donis opime ab eo muneratus revertitur, deducente se duce Conrado usque ad fluvium Maternam.

Qui dux Conradus quibusdam infensus Lothariensibus turres quorumdam dejicit, et quosdam Virdunensium honoribus privat. Ragenarii vero comitis quoddam castellum capit, cetera ipsius obsideri facit.

Legati regis Ludovici ab Ottone regressi nunciant nolle, immo prohibere Ottonem regem ne Fredericus vel aliquis

qui épousa la fille du prince Hugues (1), vint dans ce royaume, et construisit un fort dans le lieu nommé Fains, sans consulter ni le roi ni la reine, et se mit à exercer de fréquents ravages dans les alentours. Le roi, offensé de ces procédés, envoya une députation à Othon. Le prince Hugues se rendit aussi auprès du même roi, qui l'avait invité; il se fit précéder d'un présent de deux lions, qu'il suivit de près; il fut honorablement accueilli et dignement traité pendant les fêtes de Pâques, qu'il passa joyeusement à Aix avec Othon. Il revint chargé de présents magnifiques, accompagné du duc Conrad, qui le conduisit jusqu'à la Marne.

Celui-ci, mécontent de quelques Lorrains, détruisit leurs forts, et dépouilla de leurs dignités certains habitants de Verdun. Il prit un château du comte Régnier, et fit assiéger les autres.

Les envoyés de Louis à Othon déclarèrent, à leur retour, que ce prince ne voulait pas, et même qu'il défendait que Frédéric,

(1) Ce mariage n'eut lieu qu'en 954.

suorum ullam munitionem in hoc regno habeat, nisi consensum regis Ludovici super hoc sibi obtinere queat.

Hungari ab Italia, transcensis Alpibus, egressi Aquitaniam ingressi sunt, ibique tota pene demorati æstate multis hanc regionem rapinis et interminationibus attriverunt : sicque per Italiam reversi sunt in terram suam.

Ludovicus munitionem quamdam, nomine Brenam, quam quidam prædones, Gotbertus scilicet ac frater ejus Angilbertus, munierant, obsidet, penuriaque famis oppressam tandem capit ac diruit.

Inde reversus ad colloquium Arnulfi et Hugonis proficiscitur. At Hugo, quoniam infensus erat Arnulfo propter castrum Monasteriolum et terram quondam Herluini quam idem Arnulfus occupaverat, ad ipsum colloquium venire noluit, sed ipsam terram ingressus cum Rotgario, Herluini filio, quoddam castrum obsedit. Rex autem, petente Arnulfo, ad eum misit, ipsamque

ou quelqu'un des siens, possédât aucun fort dans le royaume de France, à moins d'avoir obtenu le consentement du roi Louis.

Les Hongrois sortirent d'Italie par les Alpes, et entrèrent en Aquitaine; ils y demeurèrent presque tout l'été, écrasèrent le pays par le pillage et le meurtre, et retournèrent chez eux par l'Italie.

Louis assiégea le château de Brène, qu'avaient fortifié deux brigands, Gotbert et Angilbert, son frère; il le prit par famine, et le détruisit.

Il partit de là pour une entrevue qu'il devait avoir avec Arnoul et Hugues; mais ce dernier, mécontent d'Arnoul, qui s'était emparé de Montreuil, et d'une terre de feu Herluin, ne vint pas au rendez-vous; il entra dans ladite terre avec Roger, fils d'Herluin, et assiégea un château. Le roi, à la demande d'Arnoul, envoya un message à Hugues, lui fit lever le siége, et ménagea entre les deux princes une trêve pour jusqu'aux calendes de décembre.

obsidionem resolvi fecit, induciasque vel treugas inter ipsos usque ad Kalendas Decembris accepit.

Gerberga regina, mater Ludovici regis, egressa Lauduno, conducentibus se quibusdam tam Heriberti quam Adalberti fratris ipsius hominibus, ad Heribertum proficiscitur: qui suscipiens eam ducit in conjugem. Unde rex Ludovicus iratus, abbatiam Sanctæ Mariæ, quam ipsa Lauduni tenebat, recepit, et Gerbergæ uxori suæ dedit. Fiscum quoque Atoniacam suo dominio subdidit.

Otto rex Italiam adiit, ad cujus adventum Berengario, Langobardorum rege, ab urbe Papiæ fugiente, ipse Otto eamdem ingreditur urbem. Uxorem quoque Lotharii regis defuncti, filii Hugonis, sororem Conradi, regis Jurensis, sibi conjugem ducit.

Sarraceni meatum Alpium obsidentes a viatoribus Romam petentibus tributum accipiunt, et sic eos transire permittunt.

La reine Gerberge (1), mère du roi, sortit de Laon, sous la conduite de quelques gens d'Héribert et d'Adalbert, son frère, et se rendit auprès du premier, qui l'épousa. Le roi Louis, irrité, reprit l'abbaye de Notre-Dame, qu'elle possédait à Laon, et la donna à Gerberge, son épouse ; il réunit aussi à son domaine la terre d'Attigny (2).

Le roi Othon passe en Italie ; à son approche, Bérenger, roi des Lombards, s'enfuit de Pavie ; Othon y entre, et épouse Adélaïde, sœur de Conrad, roi de la Transjurane, et veuve du roi Lothaire, fils de Hugues.

Les Sarrasins occupent les passages des Alpes, font payer tribut aux voyageurs qui vont à Rome, et ne les laissent passer qu'à cette condition.

(1) Un manuscrit la nomme *Ottogeba* ; les chroniqueurs l'appellent *Odgiva*, *Otgiva*, *Eadgiva* ou *Ethgiva ;* ce dernier nom est celui que lui donne Richer. Il n'est donc pas douteux qu'il faille attribuer à une distraction des copistes celui de *Gerberge*.

(2) Le texte de Flodoard porte *Fiscum Atoniacam*, que Marlot, D. Lelong traduisent par Attigny ; nous n'adoptons leur traduction qu'à défaut de renseignements plus exacts.

ANNO DCCCCLII Otto rex legationem pro susceptione sui Romam dirigit : qua non obtenta, cum uxore in sua regreditur, dimissis ad custodiam Papiæ quibusdam ex suis.

Ludovicus cum Gerberga regina Laudunum recepit.

Berengarius rex ad Conradum ducem, qui Papiæ remanserat, venit, a quo, in fide ipsius susceptus, ad Ottonem perducitur : quem ille benigne suscipiens, concessis eidem rebus, prout sibi visum fuit, quibusdam, in Italiam pacifice redire permisit. Ipse quoque Otto post celebrationem Paschæ Papiam regreditur.

Hugo comes cum suis super Maternam fluvium venit : cui occurrit dux Conradus cum quibusdam Lothariensibus, obsidentque pariter munitionem apud Maroillum, quam Ragenoldus comes cum hominibus domni Artoldi præsulis intra ipsum fluvium nuper construxerat, instructisque multis undique machinis fortiter opprimunt, tandemque, non sine suorum damno, capiunt atque succendunt, iis qui intus erant, ad fidem Conradi egressis.

(AN 952.) Othon envoie une ambassade à Rome, pour y être reconnu ; n'ayant pu réussir, il retourna dans ses états avec sa femme, laissant à la garde de Pavie quelques-uns des siens.

Louis revient à Laon avec la reine Gerberge.

Le roi Bérenger vient trouver le duc Conrad, qui était resté à Pavie. Après avoir reçu ses serments, Conrad le conduit à Othon. Ce prince l'accueille favorablement, lui fait les concessions qu'il juge convenable, et lui permet de retourner paisiblement en Italie. Othon lui-même revient à Pavie après la fête de Pâques.

Le prince Hugues arrive avec ses gens sur la Marne ; le duc Conrad vient le joindre avec quelques Lorrains ; ils assiégent ensemble le fort que le comte Rainold avait construit sur la rivière, à Mareuil, avec les gens de l'archevêque Artaud. Ils dressent de toutes parts des machines, battent le fort avec vigueur, finissent par le prendre et le brûler, non sans avoir

— Nepotes Hugonis, Heribertus et Rotbertus, interim in loco qui dicitur Mons-Felicis, sibi munitionem instruunt; — sicque tam Hugo quam Conradus revertuntur in sua.— Nec mora, rex Ludovicus et Artaldus archiepiscopus profecti cum comite Ragenoldo super Maternam fluvium, munitionem quam præfati principes succenderant, restruunt, custodesque ibi plures instituunt. Inde rex cum Ragenoldo proficiscitur in partes Victuriaci castri, quod tenebat Walterius quidam, qui nuper rege defecerat et cum ipso castro se Heriberto subdiderat. Cujus villas deprædationibus incendiisque devastant, necnon Pontigonem fiscum quem Heribertus invaserat; aliamque munitionem rex contra Victuriacum instruit, et quosdam sibi fideles ex partibus Walterii ad custodiam ibi dimittit, ipsamque munitionem Odalrico abbati cuidam ex Burgundia committit, et sic Laudunum repetit. Nec mora, Remos cum regina revertitur.

Artaldus archiepiscopus in monasterio Sancti Basoli

perdu beaucoup de monde : ceux qui étaient dans la place en étaient sortis sur la foi de Conrad.— Héribert et Robert, neveux de Hugues, se construisent un fort au lieu, dit Mont-Félix. — Hugues et Conrad rentrent dans leurs terres. — Aussitôt le roi Louis et l'archevêque Artaud se rendent sur la Marne avec le comte Rainold, rétablissent le fort que les deux princes avaient brûlé, et y mettent une nombreuse garnison. Le roi part ensuite avec Rainold pour Vitry, que tenait un certain Gauthier, qui avait récemment fait défection, et s'était donné à Héribert avec son château. Ses terres sont ravagées et incendiées, aussi bien que le domaine de Pontyon, qu'Héribert avait envahi. Le roi bâtit un fort vis-à-vis de Vitry, y laisse pour garnison quelques gens du parti de Gauthier qui s'étaient soumis à lui, confie le fort même à un abbé bourguignon, nommé Odalric, et retourne à Laon. Bientôt il revient à Reims avec la reine.

L'archevêque Artaud, après avoir expulsé les chanoines qui

monachos mittit, expulsis clericis qui serviebant ibi, committens illud Hincmaro et Rotmaro abbatibus.

ANNO DCCCCLIII incipiente, Hugo princeps legatos mittit ad regem Ludovicum pro pace et concordia inter ipsos firmanda, petens ut regina Gerberga suum petat colloquium. Quod et fecit, muneribusque ab eo honorata Remos rediit : obtinuitque Hugo a rege ut munitio quæ contra Victuriacum castrum constructa fuerat, solveretur. Placitum ergo concordiæ ac pacis rex et Hugo, mediante Quadragesima, iniere Suessionis.

Exoritur interea inter Ottonem regem et Liudulfum filium ejus, Conradum quoque ducem et quosdam regni ipsius primates discordia. Nato siquidem regi filio ex moderna conjuge, ferebatur eidem puero rex regnum suum promittere, quod olim, priusquam Italiam peteret, Liudulfo delegaverat, et magnates suos eidem promittere fidelitatem jurejurando fecerat. Rex igitur Conradum a ducatu Lothariensium removet, et Conradus quærebat ut regem

desservaient l'abbaye de Saint-Basle, y établit des religieux, et en donne la direction aux abbés Hincmar et Rotmar (1).

(AN 953.) Au commencement de cette année, le prince Hugues envoya des députés au roi Louis pour confirmer la paix entre eux ; il demandait que la reine Gerberge voulût bien se rendre à une entrevue : elle le fit, et revint à Reims comblée de présents. Hugues obtint aussi du roi la destruction du fort qu'il avait élevé vis-à-vis de Vitry. On se réunit donc vers la mi-carême à Soissons pour y conclure le traité de paix.

Cependant il s'était élevé un différend entre le roi Othon, son fils Liudulfe, le duc Conrad et quelques seigneurs du royaume. Le roi avait eu un fils de sa nouvelle épouse, et l'on disait qu'il avait promis la couronne à cet enfant, tandis qu'avant de passer en Italie, il l'avait léguée à Liudulfe, et lui avait fait prêter serment de fidélité par les seigneurs. Par suite de ces démêlés, le roi retira à Conrad le duché de Lorraine;

(1) Hincmar, abbé de Saint-Remi, et Rotmar, abbé d'Hautvillers.

caperet. Quo comperto, rex caute se agere cœpit, de interitu vero Conradi quærere, Conradus autem oppida sua munire. At Ragenarius ei jam dudum inimicus, quoddam ipsius obsidet munitissimum castrum. Collecta igitur Conradus, quanta potuit, militum manu, ad resolvendam properat obsidionem. Quibus mutuo congressis et pluribus utrimque interemptis, Conradus in fugam versus est et in urbem Moguntiam ingreditur.

Interea Gerberga regina Lauduni geminos est enixa, quorum unus Karolus, alter vocatus est Heinricus. Sed Heinricus mox post baptismum defunctus est.

Synodus quinque episcoporum apud Sanctum Theodericum in territorio Remensi celebratur, Artaldo archiepiscopo præsidente. Ad quam vocatus Ragenoldus comes ob res ecclesiasticas ab eo pervasas venire noluit, sed deprecatus est regem, ne excommunicaretur, ut ad synodum mitteret. Cujus excommunicatio, rege petente, tunc intermissa est.

celui-ci, à son tour, chercha à surprendre le roi. Instruit de ses desseins, Othon se tint sur ses gardes, médita la perte de Conrad, qui, de son côté, fortifia toutes ses places. Régnier, qui depuis longtemps était l'ennemi du duc, assiégea un de ses châteaux les mieux fortifiés (1). Conrad réunit autant de troupes qu'il put, et partit pour faire lever le siége. Les deux armées en vinrent aux mains et firent l'une et l'autre des pertes considérables; mais Conrad fut mis en fuite, et se réfugia à Mayence.

La reine Gerberge était accouchée à Laon de deux jumeaux: l'un fut appelé Charles, et l'autre Henri; mais celui-ci mourut aussitôt après le baptême.

Il se tint à Saint-Thierry, sur le territoire de Reims, un concile de cinq évêques, sous la présidence de l'archevêque Artaud: le comte Rainold y fut cité pour avoir envahi les biens ecclésiastiques; il refusa de comparaître; mais il pria le roi d'envoyer au concile arrêter l'excommunication; à la demande du prince la sentence fut différée.

(1) D. Lelong pense que c'est Dinan.

Otto rex urbem Moguntiam, ubi Conradus se receperat, obsidet, tandemque post duos fere menses cum egresso ad se Conrado locutus et obsidibus ab eo acceptis, trans Renum regreditur. Nec mora, Conradus, dimisso Moguntiæ militum suorum præsidio, Mettensem appetit urbem, quam mox furtiva pervadit irreptione.—Otto rex, vocatus a fratre Heinrico, Baioariam petit, quam filius ejus Liudulfus, cap tis quibusdam urbibus, devastabat. — Conradus Mettensem quoque urbem, post non modicam ipsius deprædationem, hortatu, ceu fertur, Agenoldi abbatis, reliquit.—Wicfredus, Coloniensis antistes defungitur, et Bruno, frater regis Ottonis, inibi pontifex ordinatur : cui etiam rex Otto regnum Lothariense committit.

ANNO DCCCCLIV præmemoratus Conradus, pacto cum Hungaris inito, eos per regnum Lothariense deducit usque in terram Ragenarii, scilicet æmuli sui, atque Brunonis episcopi ; nimiaque peracta deprædatione, cum præda magna captivorumque multitudine regnum ingrediuntur

Le roi Othon assiégea Mayence, où Conrad s'était retiré ; au bout de deux mois, il eut une conférence avec Conrad, qui était venu le trouver; il reçut de lui des ôtages, et repassa le Rhin. Aussitôt Conrad, laissant une garnison à Mayence, vint à Metz, dont il s'empara par surprise. — Othon, appelé par son frère Henri, était allé en Bavière, où son fils Liudulfe, après avoir pris plusieurs villes, exerçait de grands ravages.— Conrad, après de nombreuses exactions, abandonna la ville de Metz, à la prière, dit-on, de l'abbé Agenold. — Wicfred, évêque de Cologne, meurt; Brunon, frère du roi Othon, est sacré évêque de cette ville ; le roi lui confie le gouvernement de la Lorraine.

(AN 954.) Conrad, ayant traité avec les Hongrois, les conduisit à travers la Lorraine, jusque dans les terres de Régnier, son rival, et de l'évêque Brunon. Après avoir fait de grands ravages, ils entrèrent dans le royaume de Louis, chargés de butin, et traînant à leur suite une multitude de prisonniers. Ils traver-

Ludovici, sicque per pagos Veromandensem, Laudunensem atque Remensem, Catalaunensem quoque transeuntes, Burgundiam intrant. Quorum non parva manus tam præliis quam morbis interiit, ceteri per Italiam revertuntur in sua.

Ludovicus, filius regis, Lauduni defungitur.

Ludovicus rex egressus Lauduno Remensem, veluti moraturus, repetiit urbem. Antequam vero ad Axonam fluvium perveniret, apparuit ei quasi lupus præcedens; quem admisso insecutus equo, prolabitur graviterque attritus Remos defertur, et protracto langore decubans, elephantiasis peste perfunditur. Quo morbo confectus diem clausit extremum, sepultusque est apud Sanctum Remigium.— Gerberga regina mittit ad Hugonem, ejus consilium et auxilium petens, quam ille ad colloquium adsciscit, et venientem honorifice suscipit atque consolatur, ac de provectione filii ejus in regnum pollicetur.

Liudulfus, expulso Heinrico patruo suo, totius Baioariæ nanciscitur principatum.

sèrent les pays de Vermand, de Laon, de Reims, de Châlons, et pénétrèrent dans la Bourgogne. Les combats et les maladies en firent périr un grand nombre; les autres regagnèrent leur pays par l'Italie.

Louis, fils du roi, meurt à Laon.

Le roi quitte cette ville, et se rend à Reims, dans le dessein d'y demeurer. Avant d'arriver à l'Aisne, il croit voir un loup devant lui; il le poursuit à bride abattue, il tombe, et on l'emporte à Reims grièvement blessé. Le mal dégénère en langueur; il est atteint d'éléphantiasis; il meurt de cette maladie, et on l'enterre à Saint-Remi. — La reine Gerberge envoie demander à Hugues conseil et protection; celui-ci lui donne rendez-vous, la reçoit honorablement, la console et lui promet de placer son fils sur le trône.

Liudulfe chasse Henri, son oncle, et s'empare de toute la Bavière.

Lotharienses tam Conradi ducis infestationibus, quam mutuis inter se deprædationibus lacerantur.

Fulcarius decanus,monasterii Sancti Medardi, Noviomensium Remis ordinatur episcopus.

Fredericus, frater Adalberonis episcopi, Hugonis principis filiam ducit uxorem.

Rauciacum, munitionem Ragenoldi, Heribertus comes per quosdam satellites suos furtiva invadit irruptione.

Lotharius puer, filius Ludovici, apud Sanctum Remigium rex consecratur ab Artaldo archiepiscopo, favente Hugone principe ac Brunone archiepiscopo, ceterisque præsulibus ac proceribus Franciæ, Burgundiæ atque Aquitaniæ. Burgundia quoque et Aquitania Hugoni dantur ab ipso.

Castrum Rauciacum Ragenoldo redditur, datis quibusdam villis Heriberto ex parte Ragenoldi.

Et regina Gerberga cum filio rege Laudunum revertitur.

La Lorraine est désolée par les ravages du duc Conrad et par les attaques mutuelles de ses propres habitants.

Fulchaire, doyen du monastère de Saint-Médard, est sacré à Reims évêque de Noyon.

Frédéric, frère de l'évêque Adalbéron, épouse la fille du prince Hugues.

Roucy, château de Rainold, est surpris par les soldats du comte Héribert.

Le jeune Lothaire, fils de Louis, est sacré à Reims, dans l'église de Saint-Remi, par l'archevêque Artaud, avec l'assentiment du prince Hugues, de l'archevêque Brunon, des évêques et des seigneurs de France, de Bourgogne et d'Aquitaine. Ces deux dernières provinces sont données à Hugues par le roi.

Le château de Roucy est rendu à Rainold, moyennant quelques terres que celui-ci donna à Héribert.

La reine Gerberge revient à Laon avec son fils.

Nec longum post, milites Ragenoldi quamdam munitionem Heriberti, quæ dicitur Mons-Felicis, trans Maternam fluvium clandestina irreptione capiunt. Heribertus igitur et Rotbertus frater ejus eamdem munitionem obsident, et Heribertus legatos Remis ad Ragenoldum mittit pro reddendo sibi oppido. Abnuit Ragenoldus, nisi ab obsidione discedatur et ad examinis rationem conveniant pro subreptis mutuo sibi castris. Quo facto, villas recipit ab Heriberto quas pro prædicto castro dederat, et oppidum Montis-Felicis Heriberto reddit.

Alberico, patricio Romanorum, defuncto, filius ejus Octavianus, cum esset clericus, principatum adeptus est, quique postea, defuncto Agapito suggerentibusque sibi Romanis, papa urbis efficitur.

ANNO DCCCCLV rex Otto, Hungaris de locis suis prædatum progredientibus, obviam profectus pugnavit cum eis et vicit, nec eos ingredi regna sua permisit.

Peu de temps après, les soldats de Rainold s'emparèrent, par surprise, d'un fort d'Héribert, nommé Mont-Félix, et situé derrière la Marne. Celui-ci revint l'assiéger avec son frère Robert, et envoya à Reims réclamer la reddition du fort auprès de Rainold. Ce dernier ne voulut point y consentir, à moins que le siége ne fût levé et qu'on ne se réunît pour statuer sur les places réciproquement enlevées. Cela se fit : Rainold reçut d'Héribert les terres qu'il lui avait cédées pour le château de Roucy, et il lui rendit Mont-Félix.

Le patrice Albéric étant mort, son fils Octavien, quoique clerc, obtint sa principauté; puis, après la mort d'Agapet, il fut élu pape (1) par les suffrages des Romains.

(AN 955.) Le roi Othon marcha contre les Hongrois, qui étaient sortis de leur pays pour piller ; il les attaqua, les vainquit, et ne les laissa point entrer dans son royaume.

(1) Il prit le nom de Jean XII : c'est le premier pape qui ait changé de nom.

Hugo princeps Gerbergam reginam cum filio suo rege Lothario Parisius honorifice ad Pascha suscipiens decenter secum per plures detinuit dies. Inde cum ipso rege in Aquitaniam profectus urbem Pictavim petiit ; Willelmum vero ibi non inveniunt. Ipsam tamen urbem obsident, diuque in eadem obsidione residentes nihil proficiunt; castrum tamen Sanctæ Radegundis urbi contiguum Ragenoldus comes clandestina irreptione cepit, et succensum est. Tandem, post duos menses, exercitu victus indigentia fatigato, ab obsidione disceditur. Willelmus, collecto exercitu suo, exercitum regis insequitur. Quo audito, rex et Hugo contra redeunt. Quorum multitudine comminus visa, Willelmus in fugam vertitur. Quem regiæ acies insecutæ multos Aquitanorum interimunt, nonnullos nobilium vivos capiunt : Willelmus cum paucis vix evadit.

Hungari cum immensis copiis et ingenti multitudine Baioariam ingrediuntur, volentes venire in Franciam. Contra quos Otto rex cum Burislao, Sarmatarum principe,

Le prince Hugues reçut honorablement à Paris, pendant la fête de Pâques, la reine Gerberge avec son fils Lothaire ; il les retint plusieurs jours, les traitant avec beaucoup d'égards. Il se rendit ensuite en Aquitaine avec le roi, et marcha sur Poitiers; ils n'y trouvèrent point le comte Guillaume ; ils assiégèrent la ville, et firent longtemps de vains efforts. Cependant le comte Rainold s'empara, par surprise, du fort de Sainte-Radégonde, contigu à la ville, et le brûla. Au bout de deux mois, l'armée, épuisée par le défaut de vivres, leva le siége. Guillaume réunit ses troupes et se mit à la poursuite du roi ; à cette nouvelle, le roi et Hugues retournèrent contre lui; mais, voyant approcher la multitude de leurs soldats, Guillaume prit la fuite ; les troupes du roi le poursuivirent, tuèrent un grand nombre d'Aquitains, et firent prisonniers plusieurs seigneurs. Guillaume eut beaucoup de peine à s'échapper avec une poignée de ses soldats.

Les Hongrois, avec des forces considérables, entrèrent dans la Bavière, dans le dessein de venir en France. Othon les attaqua avec Borislas, prince des Sarmates, et Conrad, qui s'était récon-

et Conrado jam sibi pacificato pugnavit, et eosdem Hungaros interimens cunctos pene delevit. Conradus autem, qui valde fortiter ea die pugnaverat, et regem præcipue de victoria confortaverat, ibidem peremptus est. Post hoc bellum, pugnavit rex Otto cum duobus Sarmatarum regibus, et, suffragante sibi Burislao rege quem dudum sibi subdiderat, victoria potitus est.

Fulcario episcopo defuncto,tandem, post quinque menses Hadulfus quidam, Laudunensis clericus, a Noviomensibus electus, ab Artaldo, Roricone et Gibuino Remis ordinatur episcopus.

ANNO DCCCCLVI rex Otto placitum habuit apud Engelheim cum Lothariensibus, a quibus et obsides accepit de cunctis pene ipsorum oppidis. Item aliud placitum ab eo post Pascha Coloniæ habitum est, ubi non paucos a Lothariensibus thesauros accepit.

Moxque pestilentia super Germaniam omnemque Galliam effusa, interiere nonnulli, plures gravi sunt langore

cilié avec lui; il les défit et les extermina presque complétement. Conrad, qui avait combattu avec bravoure et avait puissamment contribué à la victoire, fut tué dans cette bataille. Après cela, Othon attaqua deux rois Sarmates et les vainquit avec l'aide de Borislas, qui s'était soumis depuis longtemps.

L'évêque Fulchaire meurt, et, après cinq mois de vacances, Hadulfe, clerc de Laon, élu par les habitants de Noyon, est sacré à Reims par l'archevêque Artaud, assisté de Roricon et de Gibuin (1).

(AN 956.) Le roi Othon tint à Ingelheim un plaid, où se rendaient les Lorrains; il reçut des ôtages de la plupart de leurs villes. Il en tint un second, après Pâques, à Cologne, où les Lorrains lui apportèrent des trésors considérables.

Bientôt après, la peste se répandit dans la Germanie et la Gaule; plusieurs personnes périrent, beaucoup furent dangereusement

(1) Evêque de Laon et de Châlons.

confecti. Rotbertus, Trevirensis episcopus, Ragenarius et Baldericus, ac duo alii episcopi ex ea peste sine mora defuncti sunt.

Lotharius rex munitionem quamdam super Carum fluvium, quam Ragenarius comes Ursioni cuidam, Remensis ecclesiæ militi, abstulerat, pugnando recepit, et infantes Ragenarii ac milites quosdam ibidem inventos secum abduxit, ipsumque castrum direptum incendit.

Hugo princeps obiit.

Gerberga regina colloquium habuit cum Brunone fratre suo, ubi prædicto Ragenario sui milites et infantes redduntur. Reginæ vero possessiones, quas illi quondam Gislebertus dux, dotis nomine, dederat, restituntur.

Episcopatus Trevirensis cuidam Heinrico, regis Ottonis propinquo, datur.

